iuramenta ſic ſunt reſtricta ꝙ quicunqꝫ
in talibus offendit. aurem vel linguam
vel digitum perdit. Si aūt talia iuram̄
ta fiant ex curſu lingue vl̄ indeliberate.
tunc ſ͛m Henricū d̄ firmaria ſunt pcc̄a
venialia ſicut p̄mi motus infidelitatis.
Sed ſ͛m btm̄ Tho. ſcd̄a ſcd̄e. q. xiij.
¶ Notandū ꝙ blaſphemia abſqꝫ deli/
beratione ex ſurreptione p̄t ꝯtingere du
pl̄r Uno mō ꝙ vnꝰ nō aduertit hoc qd̄
dicit eſſe blaſphemiam. vt cum aliquis
ſubito ex aliqua paſſione in verba ima/
ginaria prorumpit. quorū ſignificatio/
nem non conſiderat vel aduertit hoc eē
blaſphemiam conſiderans ſignificata
verborum. Et tunc nō excuſant̄ a mor/
tali peccato. ſicut nec ille q̄ ex ſubito mo
tu ire aliquem occidit. Ex illo poſſumꝰ
elicere qꝫ periculoſe iurant iſti ⁊ blaſphe
mant. qui ex cōſuetudine mala ſic iurāt
non habentes intentionem ſe emēdan/
di vel dimittendi Et quandoqꝫ tales a
deo puniuntur in eiſdem membris in q̄
buſ deum blaſphemauerunt ⁊ creatorē
ſuum ⁊ redemptorem Et tales blaſphe
matores peiores ſt̄ȝ iudeis. quia chriſtū
aliqualiter ignoranter vulnerauerunt ⁊
crucifixerunt. Unde Apo. Si cogno/
uiſſent nūquā dn̄m gl̄ie crucifixiſſent. lȝ
illa ignorātia eos nō excuſauit. qꝛ nolu/
erūt cognoſcere ip̄m eē filiū dei. Sȝ ta/
les blaſphemātes ſciūt ⁊ credūt hūc eſſe
creatorē ſuū per cuius membra ⁊ vulne/
ra ſic execrabiliter iurant. ergo ipſe chri
ſtus non poteſt pro eis rogare patrē ſi
cut ꝓ crucifixoribus ſuis fecit. pendens
in cruce dicens Pater ignoſce illis quia
neſciunt quid faciunt. Sed illi blaſphe
matores ſciunt ⁊ cognoſcunt ꝙ ꝯtra de
um faciunt. quia eiꝰ filium in q̄ntum in
eis ē iterū crucifigunt. Unđ aplūs ad
Heb. vi. Rurſum crucifigentes filiū
dei. Jtem peiores ſūt canibus. quia ca
nis non mordet dominum ſuum ſed ap
plaudit ei. Sed blaſphemus eodē ore
quo vinum bibit ⁊ donū dei recipit. deū
blaſphemat. Unde pſ̄. Retribuebant
mihi mala ꝓ bonis. Et alibi ſcriptū ē
Eccl̄i. xxix. Paſcet ⁊ potabit ingratos ⁊
adhuc amara audiet. Mirū eſt ꝙ deꝰ
vnq̄ȝ permittit vinum in abūdantia cre
ſcere. cū tot blaſphemie ſibi inferuntur
a potatoribꝰ ipſiꝰ vini ¶ Jtem tales pe
iores ſunt omni creatura. quia omnis
creatura laudat ſuum creatorem. imo
omnis creatura incitat ad laudandum
deum in continuo ſuo curſu. Arbores
⁊ herbe ſe erigendo ⁊ creſcendo ſupra ſe
erga creatorem ſuum. Aues in cantan/
do. ſol in lucendo. ⁊ ſic de alijs Sȝ blaſ/
phemans. in illo membro deum inho/
norat in quo eū ipſe deus pre ceterīs cre
aturis honorauit. ſcilicet in lingua. Un
de Ariſtoteles in libro politicorum Nul
lum enim animalium naturaliter habȝ
ſermonem niſi homo. Et hanc linguā
homo accepit. vt deum laudaret p̄ ce/
teris creaturis irrationabilibus. Jtem
blaſphemia eſt peccatum diabolicum.
quia eſt loquela infernalis. Unđ Apo
calyp. Blaſphemauerunt deum celi pre
doloribus. Ergo tales hic addiſcūt de
um blaſphemarē. quod eſt opus dam/
natorum vt in futuro eo melius ſciant.
¶ Jtem blaſphemus habet linguam
diabolicam. quia diabolus loquitur ꝑ
blaſphemos. ſicut ſpiritusſanctus ꝑ bo
nos. Unde Mathei decimo. Non e/
nim vos eſtis qui loquimini. ſed ſpiri/
tus patris veſtri qui loquitur in vobis.
¶ Sciendum ꝙ aliqui dicunt ſi non
iurarem tunc nullus me timeret nec ali
quis reputaret me aliquid eſſe vt ergo
timeantur ⁊ magiſ reputentur iurant vt
deum blaſphemant. O miſer homo

querís honorem vbi inuenies eternam confuſionē. Itē aliq̄ licet non ptinaciter blaſphement. tamē ſanguinē et mortem chr̄i frequent̄ et ſine cauſa nominant vt dicendo in vulgari. heiliges blut es gat dem allſo vbel. vl' ſic. heilige marter wie iſt es dir beſchehen. et ſic d' alijs. ¶ Itē aliq̄ iurant et non nominant creatorē ſed creaturas. vt dicendo. Bocks blut. Contra quos dī Augu'. de vbis aplī ſmone. xxiij. Ecce dico charitati veſtre q̄ q̄ falſe iurat p lapidem piurus eſt. q̄uis non audiat. tamen eius creatorem in teſtem accipit. Item. Jaco. v. Nolite iurare neq̄ p celum neq̄ p terrā. Itē contra eoſdem dicit chr̄s in euangelio. Ego aūt dico vobis. nolite iurare. ſz ſit ſmo veſter eſt eſt. non non. Et p hoc pz ſcilȝ ex vbis chr̄i q̄ rephenſibiles ſūt iſti qui totiens iurant. q̄uis ptinacit̄ non blaſphement. ſcȝ nominādo vulnera vl' mortem xpi. Sed qui ſic iurant. ſcȝ per deum viuū. vel p deum ſanctum vl' per omnes ſanctos ſine omni cauſa et neceſſitate ex mala conſuetudīe. tales merito cogitare deberent dictum xpi. qui dicit Math. xij. De omni vbo ocioſo q̄d locu. fue. ho. red. rc. Multo ſtrictius exigetur a nobis ratio de talibus iuramētis Si aūt pponis te emendare amodo et vba tua ſimplr ſcdm dictum euangelij explanare ſcȝ dicendo eſt eſt. non non Et ſi poſtmodum ex lapſu lingue iuras tunc immediate cōteri debes de hoc. et dic vnum aue maria beate vgini tūc ipa impetrabit tibi grāz a filio ſuo vt amplius eo melius tibi caueas ne recidiues.

E ¶ Itē quantitas hui' pcci pz ex pena qua legitur punitum eſſe h' peccatū tā i nouo q̄ i ve. teſta. Vn̄ legitur Leui. 24. Ecce igreſſus fili' mulierꝫ iſraelitidis quē pepit d' viro egyptio iurgat' ē cū viro iſraelita. Cunq̄ blaſphemaſſet et maledixiſſet nomē dei adduct' ē ad Moyſen et Aaron q̄ duxerūt eum ad carcerem donec noſceret q̄d iuberet dn̄s de eo fieri. qui locutus eſt ad moyſen dicens. Educ blaſphemū extra caſtra et ponant illi qui audierunt manus ſuper caput eius. et lapidet eum popul' vniuerſus. quod et factum eſt. Deinde pmulgauit deus legē de pena blaſphemorum dicens: Loquere ad filios iſrael. Homo qui blaſphemauerit nomen domini. morte moriatur. lapidibus opprimet eum omnis multitudo populi. O ſi iam omnes blaſphematores lapidari deberent q̄ plures iam in mundo eſſent. Item puniunt̄ etiam a deo quādoq̄ i pſenti vita. et hoc ſubitanea morte. Unde refert Gregorius in dialogo q̄ q̄dam ciuis rome tenere dilexit quendam puerum quinq̄ annorum. qui cōſuetus erat blaſphemare nomen domini. ſtatim quando animo eius aliq̄d obſtitiſſet. Quadam autē die cum pat̄ ei' teneret eum in brachijs. clamauit puer mali et nigri homines veniunt q̄ me tollere volunt. Qui cum hoc dixiſſȝ. nomē dn̄i blaſphemauit et aīam reddidit Si deus in puero quandoq̄ q̄nq̄ annorū vindicauit peccatū iſtud. nunquaȝ parcet adultis ¶ Sexti ſunt qui plena voluntate diſponunt ſolēniter et manifeſte piurare. et anteq̄ piurant videt̄ piuri cēſendi. q2 ds non iudicat ex operib' ſz cogitationib'. vt pz. 22. q. 2. Ergo ſi vnq̄ ad iudiciū acceſſiſti in illa intentōe q̄ piurare voluiſti. penitere et cōfiteri debes q2 coram d' piurus es. Exēplū d' duob' ciuib' quoꝝ vn' ceſſit alteri ſummā pecunie. Sed poſtq̄ termin' ſolutiōis aduenit. tūc ille ſimplr negauit pecuniā Qui pductus ad iudiciū. iteꝝ pſtanter negauit et ei p pecunia iurare voluit Cūq̄ flecteret genua ad iurādū. obmutuit et nihil loq̄ potuit. ſz erect' ecōuerſo loquelam reaccepit Qui iteꝝ ſcd'a vice genua flexit et piurare voluit tūc iteꝝ obmutuit et ſic manifeſte omnibus innotuit q̄ piurare voluit. ¶ Septimi cum quis iurat ſe aliq̄d factuꝝ q̄d eſt illicitū. ſicut verbe

rare ꝓximū. vel vindicare ſe de iſto quo
cūqꝫ modo pōt. vel etiam ſi bonū q̇d fa
ciēdū eēt ꝓ deo ⁊ ꝓ ꝓpꝛia ſalute vellet fa
cere. vt elemoſynam dare vel aliquē ho
ſpitare. ⁊ ſic de alijs. Si ex certa mali/
tia ſic iurat. periurat. ⁊ peccat ſic iuran/
do mortalit᷑. ſed non peccat ꝯtrauenien
do. Unde Iſido. ꝺ ſummo bono. In
malis ꝓmiſſis reſcinde fidem: ⁊ i turpi
voto muta decretum: Si aūt ex abru/
pto ſic iurauerit. venialit᷑ peccat ⁊ ī vtro
qꝫ caſu frangendum eſt iuramētum ta/
le. qꝛ non peccat frangēdo. ſed peccauit
iurando. ⁊ ꝯfiteri tenet᷑ maxīe cum ſcien
ter ⁊ ex ꝓpoſito ſic iurauit. ſed non debet
ſoluere. Unde Iſido. ꝺ ſummo bono.
Non eſt obſuandum iuramētum quo
malum īcaute ꝓmittitur. vt fornicari vl᷑
occidere. ⁊c̄. Tolerabilius eſt nō iplere
iuramentum tale. qꝫ ī flagitio ſtabiliter
ꝑmanere. ❡ Octaui ſunt q̇ iurant ⁊ in/
fringunt poſtea. Utrum aūt ille qui cre
ditori iuraſſꝫ ſoluere ad certū terminū ⁊
hoc ei īfringeret ſit cēſendus ꝑiurꝰ. Re
ſpōdeo ſcd̄m Hoſt. Si quādo iurabat
credebat ſe n̄ poſſe ſoluere tūc ꝑiurabat
Si v̄o ab initio ſe credebat pꝛobabilit᷑
poſſe ſoluere non ꝑiurabat ⁊ ſi poſtea fe
cit poſſe ſuum non eſt ꝑiurus. Sꝫ ſi po/
ſtea lapſo termino poſſet ⁊ nō ꝑſolueret
ꝑiurus eſſet. extra de dolo ⁊ cōtu. Con
cordat Thomas ſcd̄a ſcd̄e. q. 89 O qꝫ
grauiter ⁊ multotiēs illi mēdaces delin
quunt q̇ ꝓximis ſuis ſuꝑ certum termi/
nū ꝓmittunt. quod tamē nō intendunt
vel ſi ītendunt. tamē poſtea poſſe ſuum
non faciunt. ⁊ ſic ꝓmiſſum īfringūt ⁊ ſo/
lutōem de die ī diem ꝯtra volūtatē cre/
ditoris ꝓducūt. Sed tamē ſciēdum ꝙ
ſi aliq̇s pauꝑ alicui creditori ꝓmitteret
ſe ſolutuꝝ ſuꝑ certū terminū. ⁊ poſſe ſuū
facerꝫ: ⁊ ſi impedimentū interueniret ꝙ
ſoluere ſuꝑ terminum nō poſſet. tūc tali
pauperi ꝓlongatio ꝓpter deū cōcedēda
eſt. Et creditoꝛ cū tali charitate ⁊ cōpaſ/
ſione poſſet ſibi terminū ꝓlongare ꝙ de

us in extremis tempus vite ſue ſibi ꝓlō
garet. ⁊ ſic poſſet ꝓpter h̄ gl̄iam dei pro
mereri. Ergo multum repꝛehenſibiles
ſūt iſti qui ſuos debitoꝛes anguſtant ter
mino adueniente. ⁊ cum ſine damno ip/
ſoꝛum ſolutōem ꝓlongare poſſent. ⁊ ab
eis extoꝛquent cum tamen alias libent᷑
eis ſoluerent ſi poſſent. Et talibꝫ immi/
ſericoꝛdibus remetietur eadem menſu/
ra. Unde Grego. Dei miſc̄diam n̄ pōt
ꝓmereri q̇ miſericoꝛs ꝓximo non fuerit
Beda ſuper ep̄l'a Jacobi. Sine miſeri
coꝛdia iudicabitur ille. q̇ cū facere poſſꝫ
non fecit miſc̄diam. Ex quo maioꝛē q̇s
miſc̄diam a domino conſecutus eſt. eo ī
iuſtius indigenti ꝓximo miſc̄diam de/
negat. ❡ Noni q̇ compulſus ꝑ metū iu
rauit ſe aliq̇d daturū ⁊ huiuſmodi non
ſoluit. qꝛ tal' ſcd̄m Thomam ſcd̄a ſcd̄e
q. 98. non excuſat᷑ a peccato moꝛtali n̄
implens qꝺ coacte iurauit Et Ray. ꝺr
ꝙ talis quantuſcūqꝫ fuerit metus nihi/
lominus obligat᷑ dūmodo ſit ꝺ relicita
ſecus eſt de re illicita. Sed talis ſoluēs
qꝺ coacte ꝓmiſit pōt illud repetere. et
alius coꝛam deo ſemper tenet᷑ reſtituere
quicquid extoꝛſerat contra deuꝫ ſi ſalteꝫ
indulgentiam peccatoꝛum conſeq̇ volu/
erit. Item q̇d ſi aliquis ex impetu iuraſ
ſet illꝺ qꝺ deliberate non iuraſſet. Re/
ſpondeo ſcd̄m Guil. ſeruare tenet᷑ ſi eſt li
citū. F ❡ Decimi q̇ maledicta v̄ba
ꝓferūt. ſicut luſoꝛes faciūt maledicēdo
deo cū nō ꝓſperant᷑ i ludo taxilloꝝ. qui
culpā diabolicā retoꝛquēt ī diuinā ino
centiā. Et iꝺo ꝺo maledicūt ⁊ ſctis qꝺ
etꝫ hoꝛribile ē audire. Hoꝝ eī̄ ꝯuicioꝝ
ꝑticipes ſūt q̇ talibꝫ ꝯuiciātibꝫ hoſpicia
ꝯcedūt. vl᷑ q̇ veſtimēta ipoꝝ deluſa diuer
dūt vl᷑ q̇ cū ipis familiarit᷑ bibūt. vl᷑ ab
eis ſoꝛtē luminis recipiūt. Oēs ei tales
ſic maledicētes ꝺo vl᷑ matri eiꝰ vl᷑ ſanctꝭ
non poſſunt abſolui niſi ab epiſcopo vl᷑
ab eius penitētiario. Et maxima debꝫ
eis īponi pn̄ia ꝓut ꝺr extra de maledi/
cis. ſtatuimus. vbi plura ꝺ inuenies h̄

in textu ꝛ in glo. ¶ Exemplū legitᷣ i ma
riali magno. ꝙ puer quidam educatꝰ a
mr̄e ſua btām ꝟginē ſp̄ deuote ſalutare
ꝛ ſalutauit p̄cipue in n̄citatibꝫ. qḋ faciē
do raptꝰ fuit a flumīe cū ceterꝭ pueriſ lu
dentibꝫ ꝛ maledicētibꝫ. Tandē ſubmer
ſis oībꝫ alijs puerꝭ ꝓpt̄ maledictōes ſu/
as ipm ſolū btā ꝟgo ei apparendo mox
ſaluauit. in ſinu ſuo eū ſuſcipiendo ꝛ con
fortādo. Itē aliq̄ etiā maledicūt creatu
ris irrōnabilibꝫ cū ab illis offenduntᷣ.
Et in hoc oñditᷣ magna ſtulticia homi
nū q̄ brutꝭ aīalibus maledicūt. cū tñ nō
intelligāt. Itē ſcḋm Tho. ſcḋa ſcḋe. q.
76. ar. ꝙ maledicere irrōnabilibꝫ rebꝰ i
quātū ſūt creature dei. ē pcc̄m blaſphe
mie. ꝫ maledicere eis ſꝫm ſe ꝯſideratꝭ. h̄
ē ocioſum ꝛ vanū ꝛ ꝑ ꝯñs illicitū. Item
aliq̄ maledicūt ꝓximis ſuis. ꝛ vt frequē/
ter talis maledictio quam quis facit ſeu
dicit proximo ſuper caput ipſius male/
dicentis reuertitur. Unde Gene. xxvij
dicit iſaac ad iacob filiū ſuū. Qui male
dixerit tibi. ſit ille maledictꝰ Sic deꝰ iaꝫ
loquitur de quolibet bono homine. cui
iniuſte maledicitur Quia quicquid ma
ledicēdo proximo tuo optaueris de hoc
tu reus eris ſecundum dei iuſticiam.
Et deus iuſto homini cōuertit maledi/
ctōem in benedictōem. Unḋ pſ. Ma
ledicent illi ꝛ tu benedices. Matthei. v
Beati eſtis cum maledixerint voƀ ho/
mines. Uñ Auguſtinus. Qui iuſtus ē
ꝛ maledicitur. premium ei pro maledi/
ctione redditur. Item maledicere adeo
eſt illicitum ꝙ etiam non eſt licitum ma/
ledicere diabolo. Unde Eccl. xxi. Cū
maledicit impius diabolum. maledicit
ipſe animam ſuam. Cum enim diabo/
lus ſit creatura dei. ꝛ ſcḋm ſuum eſſe bo
nus. licet in voluntate ſit malus pecca/
tum eſt ei malum optare Unde legitur
cum Michael archangelus cum dia
bolo diſputans altercaretur ḋ corpore
Moyſi. nō ē auſus vitiū ei inferre blaſ/
phemie. ꝫ dixit Imperet tibi dominꝰ.
ꝙ ſi Michael archāgelꝰ cū diabolo ad
uerſanti blaſphemiam dicere noluit ſed
modeſto ſermone euꝫ coercuit. q̄nto ma
gis hominibꝫ omnis blaſphemia eſt ca
uēda. Itē aliq̄ maledicūt vxoribꝫ ſuis.
Unde refert Ceſariꝰ in dialogo. ꝙ qui/
dam dixit vxori ſue. vade in nomine di/
aboli. ꝛ diabolꝰ ſtatim in eā intrauit. et
eam grauiter vexauit. de q̊ vir multum
contriſtatꝰ fuit. ꝛ ampliꝰ ſe nūquam vxo
ri nec alicui homī vł alicui creature ma/
ledicere promiſit. Item aliqui maledi/
cunt proprijs filijs quos genuerūt. Un
de idem Ceſarius in dialogo ſuo narr/
rat de quibuſdam parentibus qui ha/
buerunt puerū ſepius flentem. cui ex ira
vna vice maledicentes dixerunt. Tace
as ꝙ diabolus te habeat. Et diabolꝰ
mox arripiens puerum cuꝫ corpore ꝛ a/
nima ab oculis eoꝝ abſtulit. Et aliq̄ ſi/
bijpſis maledicunt propter infirmitateꝫ
corporis. vel propter amiſſionem rerūꝫ
tēporalium. vel etiam propt̄ aliam quā
cunqꝫ tribulationem ꝛ anguſtiam Exē
plum de clerico quatuor annis infirma
to. Qui dixit. Deꝰ tu accepiſti mihi cor
pus. et ego accipio tibi animaꝫ ꝛ dabo
diabolo. Et dixit Diabole accipias mi
hi animam. quod diuino iuditio ſtatiꝫ
factum eſt. Item aliqui maledicunt di/
uine voluntati. vt faciunt iſti qui male/
dicunt aure pluuiali. Exemplum legitᷣ
in dialogo Ceſarij. ꝙ miles quidam tē
pore meſſis ſicut ꝛ ceteri conuicanij ſui.
cum per aeris intemperiem ad colligen
das fruges impediretur. vidēs a parte
occidentali aerem obſcurari nubeſqꝫ ori
ri dixit. Ecce ibi iterum diabolus aſcen
dit. Uix ſermonem finierat. ꝛ ecce orta
tonitrua filium eius in ſinu nutricis per
cuſſerunt. ipſa incolumi permanente. ꝫ
ꝛ in alijs eius rebus ſcilicet ſegetibus iu
mentis blaſphemus ille eſt flagellatꝰ:
vt diſceret de cetero non blaſphemare.
Unde ſtultum eſt valde vt homo mor/
talis cinis et vermis ponat in celum os

ſuum. murmurādo contra creatorē ſuū
rephendendo eū in factis ſuis ¶ Que
ritur vtꝝ maledictio ſit pccm mortale.
Rndeo ſm beatū Tho. ſcda ſcde. q.
lxxvi. Maledictio de q̄ nunc loq̄mur ē
p quam nūciatur malū ꝯ aliquē vl' im/
precādo vel optando Mō q̄dē ſm ſe re
pugnat charitati proximi. ergo eſt pec/
catū mortale. Vnde. i. Cor. vi. Neqꝫ
maledici regnū dei poſſidebunt. Et tā
to grauius quanto perſonam cui male
dicimus magis amare et reuereri debe
mus. Vn̄ Leuit. xx. Qui maledixe/
rit pr̄i vel mr̄i: morte moriat'. Cōtingit
tn̄ eē veniale. vel ꝓpter paruitatem ma
li quod quis alteri imprecatur. vel ꝓpt'
affectū eius q̄ ꝓfert. dū ex leui motu vl'
ex ludo. vl' ex ſurreptione aliq̄ talia ver
ba profert. q2 peccata vboꝝ maxime ex
affectu penſant' ¶ Querit'. Que ſit pe/
na ꝓferentis maledictionē ꝯ deū. Rn
deo. Si qs ꝯ deū vl' aliquē ſanctū. ma
xime ꝯ btām vginem talia p̄ſumpſerit.
debet ſeptē diebus dn̄icis p̄ foribꝫ ecce
in manifeſto eſſe dū miſſa dicit'. ita q vl
tima die nec palliū. nec calciamēta: ſed
corrigiam circa collū habeat. ⁊ q ſeptē
p̄cedentibus ſextis ferijs ieiunet in pa/
ne ⁊ aqua. nec ingrediatur eccleſiā. ⁊ in
quolibet dictoꝝ dierū tres reficiat pau/
peres. et ſi non p̄t tres. ſaltem duos vl'
vnū. Et ſi hoc nō p̄t. illud in penā aliā
cōmutet'. Et ſi predicta renuerit. debet
ei int'dici ingreſſꝰ ecce. ⁊ in obitu dz ca/
rere eccaſtica ſepultura Sz hec oīa ſm
Goffre. p tribunali fiūt. Ceteꝝ in iudi
cio aīe diſcretꝰ ſacerdos molliat hūc ri/
gorem G Vndecimi ſūt qui iurāt
per deū et ſanctos. cū hoc obligāt ſe ad
aliquā penā. vt dicēdo Per deū ſi hoc
non fecero. vel. ſi nō eſt ſic ſicut dico. tūc
hoc accidat mihi vel filijs meis. Vl' ſic
dicēdo Nunq̄ p diem vnā viuā. vl' ad
huc hodie moriar. Vel ſic. Nunq̄ ab
oculis tuis viuēs diſcedam ſi mentiar.
vel. Deꝰ nunq̄ miſereatur anime mee
ſi non fecero quod dico. et ſic de alijs.
Et tunc ſz Aug. illa p que ſi iurat ob
ligat deo vt hoc ſibi vel ill' eueniat ſi ſe/
cus eſt q̄ dicit Et ſatis horribile ē ſe vl'
ſuos mēdacit' ſic obligare. Nec etiā hō
facilit' ſe debet obligare. etiā in cā vera
q2 ſtultū eſt ſe ſic obligare. maxīe ſi nlla
cauſa ſubſit. nec vrgens neceſſitas. Ex
emplū legitur q quidam vſurarius in
morte compunctus. rogauit duos ami
cos ſuos vt pecuniam vſurariam quā
eis tradidit. reſtituerēt. Et p̄mus ſe ob
ligauit hoc facturū ſub imprecatione i/
gnis ſacri. Secundus ſe obligauit ſub
imprecatione lepre. Qui poſt obitū iſtī
us vſurarij negligentes in hoc negocio
fuerūt. volentes p̄mitus cum iſta pecu
nia aliqua lucrari. et poſtmodū eam re
ſtituere. Et mox in illis infirmitatibus
ambo conſumpti ſunt prout ſe ipos ob
ligauerunt. Duodecimi. cū quis iu
rat q nolit ludere etiam pro poculento
vel eſculento. Et ſic ſecundum Henri/
cum de firmaria ſemper peccat mortali
ter quotienſcunqꝫ ludit. Item qui iura
uit non chorizare vel non tabernam in/
trare. et ſic de alijs. que homo licite po/
teſt iurare. ⁊ talia tenetur ſeruare. ⁊ quo
tienſcunqꝫ oppoſitū ſcienter fecerit: mor
taliter peccat. Tredecimi. qui cū ſo
lennitate periurium ſolennizatum com
mittunt. et hoc ē mortaliſſimum pecca
tum. Vnde per tres digitos quos po/
nit quis ſuper ſanctos. ſignificat' q cor
pus et animam et res ſiue famā dat in
poteſtatem diaboli. Immo ſm Guil.
Lugdunēſem in ſumma viciorum. qui
ſcienter periurat in primo periurio ma/
num diabolo dat cū qua tangit euan
gelium vel reliquias ſanctorū. et donec
ille peniteat pro periurio: manꝰ illa dia
boli eſt Et quādocunqꝫ manu illa ſe ſi/
gnat. ipſe ſe ſignat manu diaboli. et nō
poteſt penitere vel abſolui niſi reſtituat
illi damnum cui iurauit. Sciendum q
grauitas vel magnitudo illius peccati

ſcꝫ periurij perpendi poteſt ex hoc ꝙ ta
le peccatū peius eſt alijs peccatꝭ. qꝛ cuꝫ
alia peccata fugiūt et quaſi timēt res ſa
cras. pcc̄m periurij nō timet eas. ſꝫ illis
appropinquat. Si aliquis vult fornica
ri. ſi eſt in eccleſia exit inde. ſi eſt in cimi/
terio ab eo recedit. Et ſi eſt ꝓpinquus
ecc̄e vel cimiterio. elongat ſe ab eis. Il
le vero qui vult periurare intra ecc̄iam:
ſi eſt extra: accedit ad altare et cōmittit
pcc̄ꝫ periurij qn̄qꝫ ſuꝑ altare. qn̄qꝫ ſuꝑ
euangeliū. qn̄qꝫ ſuꝑ corpus. qđ horren
dū ē. Mirꝫ ē quō terra ipm nō abſorbe
at. et quō angeli q̇ circa corpus chr̄i ſūt
eū nō perimūt. Item ipe videtur peior
diabolo: qꝛ diabolꝰ timet res ſacras et
quaſi reuereť. qđ ille non facit q̇ ꝑiurat
Itē talis q̄ntū in ſe eſt: vult maius ma
lū facere chr̄o q̄ꝫ crucifixores eius Ipſi
enī intulerūt chr̄o tm̄ malū pene. ꝑiurꝰ
eū vult inuoluere in malū culpe. qđ de/
terius eſt: in hoc ꝙ aſſumit eum et oēs
ſanctos in teſtimoniū ſue malicie ⁊ iniu
ſticie. Quia ſm̄ Thomaꝫ ſcđa ſcđe. q.
lxxxix. Iurare eſt deuꝫ inuocare. Et ſꝫ
Augꝰ Iurare eſt deum in teſtem addu
cere. qđ idem eſt. Scđo quia grauitas
periurij perpēdi poteſt ex auſteritate pe
nitentie. quia ſm̄ canones pro periurio
manifeſto et ſolennizato. debet imponi
penitentia ſeptennis. Tamē Raymū
dus dicit ꝙ inſpecto modo periurij. vľ
qualitate perſone. et ceteris circumſtan
tijs. vel maior vel minor penitentia eſt
imponenda. Concordat Hoſtꝭ. Ter/
tio patet ꝙ ex eo ꝙ ſm̄ Hoſtꝭ. hoc cri/
men in penitentia comparatur homici
dio voluntario. Quarto patet ex eo ꝙ
ꝑiurus infamis efficitur. nec poſtea q̄n/
tuncunqꝫ peniteat in teſtimoniū recipi/
tur. extra de teſti. Quinto ex pena que
inflicta eſt etiam in preſenti a deo ſuper
periuros. Unde legiť ꝙ quidā Deca/
nus eccleſie Colonienſ quinqꝫ marcas
auri de pecunia ſue ecc̄ie fratri ſuo car/
nali miſit mutuādo. quo Decano mor/
tuo Canonici debitū repetūt. et qꝛ ſuꝑ
per hoc nō habebāt teſtes. ille ꝑtinaciť
debitū negauit. qđ cū iuramēto firma/
uit. q̇ rediēs domū. in media via remā/
ſit imobiľ. ita ꝙ nec ante nec retro pote
rat ſe mouere. et ſiľr factꝰ fuit mutꝰ. iđo
in corde ſuo vouit ꝙ ad locū ꝑiurij redi
ret. ⁊ ſuā maliciā manifeſte diceret. ⁊ re
ſtitueret ecc̄e pecuniā detentā iniuſte. ⁊
ſic penitentia ductꝰ liberatꝰ eſt. Et ali/
ud exemplū legiť ꝙ q̇dam ſuꝑ ſepulcrū
ſci Pācracij martyris ꝑiurauit. et mox
manū retrahere nō potuit. et ſic oībus
malicia ⁊ iniuſticia innotuit ¶ Queriť
Quare ꝑ euāgeliū ⁊ reliquias ſcōꝝ iura
mus. Rn̄deo ſm̄ Thom̄. ſcđa ſcđe. q.
lxxxix. Omē iuramētū ꝓncipaliť referť
ad ipꝫ deū cuiꝰ teſtimoniū īuocať. Se/
cūdario āt aſſumunť alique res nō ſm̄
ſe ſꝫ q̄ntū in eis diuina ꝟitas manifeſta
tur Sic iuramꝰ ꝑ euāgeliū. et ꝑ eū cuiꝰ
ꝟitas in euāgelio manifeſtať. et ꝑ ſcōs
q̇ hāc ꝟitatem crediderūt ⁊ ſuauerunt

I Quartidecimi. Qui recipit vel
cogit aliquē falſe iurare. et ſic recipit fri
uole iuramentū ab illo: peccat mortaľr
Rō ē. qꝛ q̇ ꝯpellit aliū ad iurādū. ⁊ ſcit
eū falſe iurare. vincit homicidā. ⁊ ꝯmit
tit duplex homicidiū. qꝛ ille occidit cor
pus. et ille aīam. Imo duas aīas. illiꝰ
ſcꝫ q̇ iurat falſū. ⁊ ſuā ipiꝰ q̇ recipit. vtꝫ
xxij. q. v. Ille. ⁊. c. q̇ exigit. In h̄ ꝯcor/
dat Henrꝭ de fir. in expōne ſcđi ꝓcepti
¶ Sciēđ ꝙ ſi q̇s diceret. Ex iſtꝭ ſeq̄reť
ꝙ nlľs poſſꝫ aliū cogere ad ſibi ſoluēdū
ſi nlľs dēret accipe aliqđ iuramētū Rn̄
deo ꝙ ad iudiciū p̄t eū citare ⁊ iuſticiaꝫ
ab eo exigere. ⁊ ſi tibi negauerit quō p̄t
ipe ſcire ſi recepturꝰ es iuramētū ab eo
vľ nō. qꝛ ſꝫ Arꝭ. ꝑ. pi h̄. De futurꝭ ꝯti/
gētibꝫ nō ē deťmiata ꝟitas. Qn̄ āt ꝯſi
deras ꝙ aliť ee̅ nō p̄t ⁊ nihil p̄t tibi am
pliꝰ fieri niſi iuramentū. q̇d g̃ iuuat te il
lud iuramētum qđ ſic friuole ab eo reci
pis? Nōne vna mēſura vini valeret plꝰ
tibi q̄ꝫ tale iuramentū ꝑiurij? Ergo qn̄

omnino vult iurare tunc iterũ rogat̃ credi
tor vt coiter fieri solet vt ꝑ velit eũ suppor/
tare ꝺ iuramẽto Etiã qñq₃ a boĩs hoĩb₉
fit petitio vt eũ supportatũ habeãt Tũc
offer hoc ꝺo ĩ paciẽtia cordis tui qꝺ ille
tibi soluere tenet̃. ꝛ ex fraterna charita/
te ora ꝺeũ ꝑ eo. ꝛ erit tibi meritoriũ Sꝫ
si diceres ex hoc sequeret̃ ꝯfusio mea.
qꝛ crederent me hoĩes iniuste agere cum
ab eo iuramentum nollem accipe. Re/
spondeo ꝙ ꝓpter malos homines q̇ vt
frequent̃ malum iudicant. nõ debes de
um offendere ꝛ aĩaꝫ tuam perdere sic re
cipiendo scient̃ falsum iuramentũ ab eo
Quia ſm Chryso. sup Matth. Oĩs
hõ scdm se estimat alterũ. fornicarius ne
minem putat esse castũ. Castus de for/
nicatõe non facile suspicatur. Supbus
neminem humilem putat Humilis ne
minem putat supbum. ꝓpter tales ergo
non debes deum offendere. Sciendũ
ꝙ si vnus malus ꝓpterea ꝙ non recipis
iuramentum de te malum iudicat tunc
sex vel octo econuerso de te bonum iudi
cant. ꝛ te ꝓpterea cõmendãt apꝺ homi/
nes ꝛ deũ ꝙ deũ ꝛ aĩaꝫ tuam ĩ hoc hono
rasti ꝛ eum a iuramento falso supporta
sti. sicut mali ex omnibus maluꝫ iudicãt
sic boni bonum. Vnꝺ Chry. sup Ma
th. Sicut difficile est aliquem suspica/
ri malum qui bon⁹ est. sic est difficile ali/
quem suspicari bonum qui malus est.
Vnde etiã Grego. ĩ omel̃. Quãtũ vos
in bono ꝓficitis. tantum etiam bona ꝺ
aliis sentitis Sciendũ tamen ꝙ exigẽs
iuramentum si est ꝑsona publica. vt pu
ta iudex non peccat. quia tenet̃ ex ordĩe
iuris recipe iuramentum siue sit verũ siue
falsum. Itẽ qꝛ ipa ꝑsona publica nõ vi/
det̃ exigere iuramentũ ꝫ ille ad cui⁹ istã
tiã exigit. Q'ãt ꝺo displicꝫ recipe iura
Exem mẽtũ scient̃ fl̃m pꝫ ĩ h̃ exẽplo. Legit̃
ꝙ q̇dã bon⁹ hõ citauit q̃ndã ad iudiciũ.
ꝓpt̃ aliquã summã pecunie ꝛ ille istant̃
negauit. ꝛ se ad iuramentũ exhibuit qꝺ
ali⁹ ab eo accepit licet sciret eũ fl̃m iura/
re scient̃. Nox sequenti nocte rapt⁹
ad iudiciũ dei. vidit chr̃m sedere in sede
maiestatis sue exigenteꝫ ab eo rõem de
anima illius qui iurauit ꝛ de aĩa sua ꝓ/
pria qui cognouit ambas esse damnan
das. Tũc iudex q̃siuit cur iuramentuꝫ
ab alio recepisset. Et ille. qꝛ mihi meuꝫ
negauit. Et iudex. Nonne debuisti po
tius pdere talem subam q̃ꝫ ipius aĩam
ꝛ tuam ? Nonne aĩa melior ē q̃ꝫ oĩs tẽ/
poralis suba ? Tunc iudex fecit eũ fla/
gellari. Qui euigilans oĩa q̃ sibi accide
rant: enarrauit Et ĩ signuꝫ hui⁹ plagas
in corpore ꝛ in dorso suo ostendit: quod
nllo modo potuit sanare donec penitu/
it ꝛ de⁹ sibi illud pccm indulsit. R
Queritur in quib₉ casibus pt q̇s iu/
rare ꝛ etiam iuramentũ recipe ab alio si/
ne peccato ? Respondet̃. Primo cũ ali
quib₉ suadet̃ aliqꝺ bonũ qꝺ ē eis vtile.
ꝛ non credunt verbo simplici. conceditur
nobis iurare. 22. q. i. non est ꝯ. Vnde
Isido. Plerũq₃ sine iuramento loq̇ dis
ponimus. ꝫ incredulitate eoꝝ qui non
credunt quod dicimus iurare compelli
mur. Scꝺo potest etiam quis innocen
tiam suam purgare iuramento cũ men/
daciter a malis informatus est ꝛ iniuste
Et ĩ in hoc casu debet sibi credi nisi con
trarium p testes posset cõuinci. Tercio
ad ꝯfirmationem debitorum vt cuꝫ q̇s
non habet fideiussorem ponere. ꝛ alias
nolunt sibi credere. tunc potest iurare se
velle in tali termino soluere. ꝛ si sic inten
dit ꝛ suum posse facit. nec peccat iurans
nec etiam recipiens iuramentum Vnꝺ
Augu⁹. de verbis apl̃i sermõe. 23 Qui
exigit iuramentũ si nescit alium falsum
iuraturum: ꝛ dicit iura mihi vt ei fides
fiat. non audeo dicere pccm. tamen hu
mana temptatio est. Quarto ad dubi/
etatꝫ remotõem vt si ꝑ re litigiosa iuret̃.
verbi gratia. Si duo ꝑ re aliqua simĩ
litigarent. ꝛ alicui certe constaret q̃mo/
do se totum factum haberet. tunc talis
sine omĩ pcc̃o posset iurare. ꝛ certitudi/

nem illi⁹ dubiū enarraret ſic a litigio illi
ceſſaret. Quinto ad ꝓmittēdū obedien
tiā ſuis ſuꝑioribꝫ vl' fidelitatē ſuis p̄latꝫ
vl' etiā alicui cōmunitati. vl' ex ꝑte offi
cij vl' alijs de cauſis licitis. Tamē ſcien
dū ꝙ q̄ ꝓpt' officiū. qđ a p̄latꝫ vl' a ꝯſilio
ciuitatis cōmittit'. ſi intēdit ſic facere vt
iurat non ē ꝑiurus. Sꝫ valde ſollicit⁹ eē
dꝫ ꝙ illud qđ iurauit ꝛ ꝓmiſit. vt h̄ ſc̄m
exigentiā iuramēti ad effectū ꝑducat.
Alias ſi fraudē faceret exeq̄ndo h̄ qđ ī
iurādo ꝓmiſit totiēs ꝑiur⁹ efficeret' quo
tiens h̄ ſcient' trāſgrederet'. Ergo valde
magnū ꝛ terribile ē ſic aliq̄d recipe ſuper
iuramētū. q2 tal' aīam ſuā p̄ciosā ponit
ꝓ pignore. Si aūt ꝓ aliq̄ negocio vt me
chanici iurant vl' aliq̄ officio vt ceteri of
ficiales. ꝛ hoc in p̄ncipio nō intēdit exe
qui vt iuramentū exigit. ſꝫ ꝓpt' lucꝝ ꝛ af
fectū acquirēdū iurat. ipo facto ſic iurā
do eſt ꝑiur⁹. ꝛ q̄tienſcūqꝫ poſtmodū ita
iuramētū tranſgredit'. totiēs mortaliter
peccat. O q̄t iuramēta ꝯtingūt que iu
rantes adimplere non intendunt. Et q̄
ſcienter dant occaſionem talibus tranſ
grediendi ſua iuramenta. vel eos ꝓpter
ſuum lucrum ad talia inducūt rei erūt ī
peccatis illoꝝ ꝛ deū grauiter offendunt
quia plus debent diligere ſalutem ꝓxi
moꝝ q̄ꝫ ꝓprium lucrum vl' commodum

L ¶ Quindecimi q̄ votuꝫ dō factū
tranſgrediuntur. Unde ad maiorē hu
ius euidentiam circa votum principali
ter ſeptem ſunt notāda. ¶ Primo quid
ſit votum. ꝛ que. ꝛ quot requiruntur ad
votum. Reſpondeo ſc̄m Henricum de
firmaria. Uotū eſt ſpontanea ꝓmiſſio
cum deliberatione ꝛ obligatione firma
ta. vel ſic. Uotum eſt conceptio melioꝝ
propoſiti cum deliberatione firmata er
go patet ꝙ ad votum tria requiruntur.
Primum eſt propoſitum voluntatis q2
debet fieri ex animi libertate. non autē
ex coacta neceſſitate. Ex quo patet ſi ali
quis cogatur metu cadente in conſtan
tē viꝝ ad aliq̄d vouēdū. nō tenet' exolue
re. Silr' ſi parētes vl' cognati alicui⁹ vo
uerūt aliqđ votū ꝓ aliquo eo ignorante
ipe poſtmodū p̄t hoc acceptare vl' n̄. q2
votū dꝫ fieri ex animi libertate. Et h̄ eſt
p̄mū qđ requirit' ad votū. Scđm ē deli
beratio volūtatꝫ. q2 ſi aliq̄s ſubito aliqđ
bonū ꝯcipiat. non obligatur ex voti ne
ceſſitate ad ſeruandum. ſed ſolū ex qua
dam decentia ꝛ congruitate inquantuꝫ
diuinis ꝛ bonis inſtinctibus non eſt re
ſiſtendum. Tercium eſt ꝙ votum ſit de
re bona. aliter non obligat dicente Iſi.
in li. de ſummo bono. In malis ꝓmiſ
ſis reſcinde fidem. ꝛ in turpi voto muta
decretum. ꝛ. xxij. q. 8. Idem in eodeꝫ
libro. Quod incaute vouiſti ne facias.

M ¶ Sciendū ꝙ votū licitū ſp̄ ob
ligat ad ſuandū ſi vouens ſit ſui iurꝫ. q2
ei⁹ trāſgreſſio ē mortale pc̄cm. exceptis
q̄ttuor caſibꝫ. Prim⁹ ē ſi aliq̄s vouit ſub
ꝯditione. nō tenet' exoluere votuꝫ. puta
ſi aliquis vouit beate virgini ieiunare ſi
ſanet'. tal' ſi nō ſanat' in tp̄e p̄fixo nō ob
ligat' ad ſolutōem voti. ꝛ ſic đ alijs. Se
cund⁹ ſi accedit diſpēſatio ei⁹ q̄ diſpēſa
re p̄t ī voto. q̄ tn̄ nunquam fieri deberet
niſi in eque bonum vel in meli⁹ cōmuta
ret'.

N ¶ Querit' q̄s p̄t ī votꝫ diſpē
ſare. vl' vota cōmutare. Reſpōdeo ſc̄m
Raymundū dioceſan⁹ ep̄s p̄t ſuis ſb
ditis oīa vota cōmutare. vl' etꝫ cū eis dē
ſpēſare exceptis quattuor votꝫ. Primū
eſt votū ꝯtinentie quia cum vix aut nū
q̄ꝫ poſſit aliquid melius inueniri in qđ
cōmutet'. vt pꝫ Ecci. 26. Nō ē ꝯdigna
ponderatio aīe ꝯtinentꝫ. ꝙ ꝛc̄. Scđꝫ ē
terre ſcē. ſcꝫ pugnādo ꝓ fide chriſtiana
Tercium eſt votum viſitandi limina a
poſtoloꝝ petri ꝛ pauli. Quartū votū vi
ſitandi liminaria bt̄i Iacobi. in his ſolū
papa p̄t diſpēſare. ꝛ ita ſuat curia Alia
ꝟo vota poſſunt ep̄i cōmutare ꝛ aliq̄n in
voto diſpēſare. naꝫ q̄ndocūqꝫ abſolute
determinat' aliqđ votū nō eſſe ſuanduꝫ
dꝛ eſſe diſpenſatio voti. Uerbi gr̄a. ſi il
lud quod vouetur eſſet malum vel inuti

le vel maioris boni impedimentum qꝺ eſt contra rationem eiꝰ quod cadit ſub voto. Quia ſm Thomam. votum dꝫ eſſe melioris boni Et iđo in tali caſu neceſſe eſt ꝙ determinetur votum non eſſe ſeruanduꝫ. Et hoc dicitur diſpēſatō voti Sed cōmutatio voti dicitur quando ꝓ hoc voto quod ſeruanduꝫ erat aliqꝺ aliud imponitur Vnde minus eſt vota cōmutare ꝙ̄ in votis diſpenſare vtrūqꝫ tamen in autoritate p̄latorum eccl'ie cōſiſtit. Pro quo ſciendum ꝙ ad diſpēſandum vel vota cōmutanda duo reqꝛuntur ſcilicet auctoritas ⁊ cauſa ſiue neceſſitas. Sed que eſt cauſa ſufficiens in diſpenſando de votis. Reſpōdeo ſm Albertū. Sufficiens cauſa eſt paupꝛtas vt ſi vouit ieiunium ⁊ mendicans non inuenit ī vna hora ꝙ ei ſufficiat. Similiter ⁊ infirmitas. vt ſi vouit abſtinentiam a vino ⁊ a carnibus ⁊ incurrit languorem: et in talibus poteſt fieri diſpenſatio. Tercius caſus eſt ſi impotentia ⁊ impoſſibilitas accedat Nam quicquid votum fiendum impediret ſi p̄ſens eſſet hoc ip̄m ſuperueniens voto facto obligationem aufert. Vn̄ ſi aliquid poſſibile ſit dū vouetur: poſtea fiat impoſſibile. tollit̄ obligatio q̄ntuꝫ ad hoc: puta ſi aliqs diues vouit edificare eccleſiam: poſtea paupꝛtate ſupueniente ꝑficere nō p̄t non obligat̄. Hoc tn̄ ſic intelligendo ſm Henricu de fir. ſi factꝰ eſt oīno īpotens. abſolutus eſt a toto. Si aūt ſit impotēs in p̄te ita ꝙ totū ꝑficere non poſſit. tunc remanet ſolū ligatus ad illud qꝺ poteſt ⁊ ad aliud non. Quartus caſus eſt ſi vouens non ſit ſui iuris. quia quicūqꝫ ſubeſt poteſtati aliene non poteſt aliquid vouere quod illum cui ſubeſt a debito ſubiectionis impediat. Vnde ſeruus q̄ ſubeſt dn̄o non poteſt vouere quicq̄ꝫ quod p̄t eum impedire a ſeruitio dn̄i ſui. et ſic de alijs ſubditꝭ. ¶ Tercio notādū ꝙ votū ē duplex. ſcꝫ ſolēne ⁊ ſimplex Et vtriuſqꝫ tranſgreſſor ſm Thomam ſecunda ſcđe. q. 87. peccat mortalit̄ Quidā grauiꝰ peccāt frangēdo votū ſolēne. diſt. 27. Si vir. Et votuꝫ ſolēne dꝛ qꝺ fit ꝑ ſuſceptōem ſacri ordis. vl' ꝑ ꝓfeſſionem expreſſam vel tacitam factaꝫ alicui de religionibus approbatis. Simplex votum eſt de non contrahendo vel caſtitatem ſeruando. ⁊ huiuſmodi Et quanto manifeſtius eſt emiſſum tanto maior penitentia debetur trāſgreſſori. Loqn̄do de voto ſimplici. tunc ſciendum ſecūdū Henricū de firmaria ꝙ peccat mortaliter qui poſt ſimplex votum continentie contrahit matrimonium. Tuꝫ quia facit contra preceptum diuinum quo dicitur. Vouete ⁊ reddite. Tum qꝛ in foro conſcientie ⁊ apud deum tantum obligat quantum ſolenne ſimplex votum. Ex quo euidenter patet ꝙ̄ ꝓp hanc faciunt q̄ inducūt ꝑ ꝯſiliuꝫ ⁊ licentiam aliquas perſonas poſt votum ſimplex contrahere matrimonium. Qui peccāt tripliciter. Primo ꝙ ſuo conſilio impellit aliam virginem ad peccatum mortale. ſcilicet tranſgrediendo votum: quia quicunqꝫ dat conſilium vel auxilium vel fauorem ad aliquid quod eſt peccatū mortale erit particeps illius peccati Vnde Augꝰ. ſup Joannem. Homicida diabolus dicitur non ꝙ gladio armatꝰ vel ferro cinctus ad hominem venit. ſed qꝛ malum verbum ſeminauit. Noli ergo te nō putare homicidam quando proximo tuo mala ꝑſuades. Scđo qꝛ perſonam illam maximo periculo exponit cū ſm certiorē opinionē nunq̄ꝫ poſſit petere debitū ſine peccato vnde lꝫ petere nō debeat. reddere tamen tenet̄ Tercio qꝛ xp̄m ſpōſum illiꝰ ꝟginis grauiter offendit. qui dat conſilium vel auxilium talibus ad contrahendum matrimonium Hoc patet. quia tales virgines poſt votum continentie ſpernunt chriſtuꝫ. quē primitus pre omnibus viris ſibi elegerunt. Qꝺ non eſt modica irreuerentia ipi xp̄o ꝙ ꝓ eo elegit vnū aliū ſpōſum q̄

eſt minus pulcher. minus bon⁹ minus
dulcis. minus diues. ⁊ ſic de alijs. Itē
ꝑpt voluptatē breuē ſue miſere carnis
derelinquit dulcedinē celeſt gaudij. et
ipm deū q eſt ds toti⁹ ꝯſolatōis ⁊ omīs
dulcedinis. Inſup ꝑpt ſocietatē talis
mortal ſpōſi puat ſe ſocietate btē marie
ꝟgis ⁊ oīm ſctōꝝ ⁊ oīm angeloꝝ vniuer/
ſalit oīm electoꝝ ī celo exiſtētiū. Inſup
ꝑpt talē ſpōſum dānat ſe cū corpe ⁊ aīa
⁊ aſſociat ſe ad ſocietatē omnium dam/
natorum ⁊ omnium demonum qui ſūt
in iferno ſi ſic moritur. Ex pmiſſione di
uia qnq tal ꝟgo venit ad amaritudinē
vbi q̄ſiuit carnis delectatōem Q2 forte
hēbit vir iracūdū q eā pcuciet ⁊ multis
afflictionib affliget. Itē ſciēdū ꝙ nūq
tal ſcient deberet ſibi talē deſpōſare. q2
q recipit pſonā alteri⁹ ꝯ voluntatē ei⁹ ta
lem p hoc ꝗuit offendit. Sic ⁊ ille xpm
ꝗuit offendit. q ei⁹ ſpōſam ſibi aſſumit
⁊ idō qnq ſequit hoc malū ꝙ nunq be
ne viuūt nec bn̄ habebūt. nec ī corpe nec
in aīa. nec etiā in reb tpalib q2 ſibi mu
tuo diſcordant ⁊ diabolice ſimul viuūt.

P ¶ Quarto q̄rit vtꝝ vouēs tene
atur ſtatim votū adimplere. Reſpōdeo
ſm Guil. Si votū ē abſolutū. tenet ſta/
tim cū pt adimplere. niſi ī vouēdo aliud
habuerit ī mente. ſc ꝙ ſup illā diē vl il/
lū terminū voluit adimplere. ⁊ tunc po/
terit vſq ad illū terminū pfixum licite ex
pectare. ſ non vltra. Et dr Deute. xxiij
Cum votū voueris dn̄o do tuo nō tar/
dabis illd reddere. q2 reqret illud dn̄s
ds tu⁹. ⁊ ſi moratus fueris. reputabit ti
bi in peccatū. Hoc heu illi nō aduertūt
qui votū ſuū qd deo vel btē Marie ꝟgi
ni vel ſanct ei⁹ voueruntvſq ad decem
vel ad viginti annos ptrahunt. ⁊ ſup il
los ira dei quandoq etiā in pſenti vita
Exm deſeuit. ¶ Exemplū legit ꝙ fuit qdam
hō litterat⁹ multoꝝ vitioꝝ ꝑuus. q cu a
qdam pore ammonit⁹ fuiſſet frequēter
vt ſeculo renūciaret ⁊ vitā ſuā emēdaret
⁊ cū frequent ſe hoc facere pmiſiſſet ⁊ p/
miſſum nō adipleret. incepit ſubito gra
uiter ifirmari. Qui cū miſiſſet p pore ⁊
veniēs ad eū admoneret eū vt pmiſſum
adipleret ſubito clamare cepit: O pat
ora p me q2 duo vri veniūt ad deuoran/
dū me. Qui orōnib ei⁹ liberat⁹ nō cura
uit pmiſſum adiplere. Et mox iterꝝ cla/
mare cepit. ecce ignis occupat me ad de
uorandū. ⁊ iterꝝ petit orare p ſe. Et ig/
nis per orōem euanuit. ⁊ ſic iterꝝ libera/
tus ē. ⁊ pmiſſum adhuc adimplere con
tempſit quaſi deſperando: ad dei iudi/
ciū raptus audiuit pferre ſententiā cō/
tra ſe de malis ſuis. ⁊ a raptu iterꝝ ſubi/
to rediens retulit corā oībus viſa ⁊ audi
ta. ⁊ ꝙ ab eo eſſet pciſa oīs ſpes ſalutis
Et addidit. Ecce adſunt duo demōes
portātes vnam maximam ſartaginem
vt frigar in ea in eternū. Et tūc clamare
cepit. Ve. ve mihi: quia votū meū non
adimpleuit ⁊ de do ⁊ de ſalute aīe mee ni
hil curaui. Idō ſententia ire dei plata ē
ꝯtra me. Qui cū hec diceret vna gutta
d ſartagie cecidit ſup manum ei⁹ q vſq
ad oſſa oīb videntib cū deuorauit. Et
ipe tūc ait. Nunc credite. ecce me demo
nes ī ſartaginē pijciunt. ⁊ hec dicēs: ex/
pirauit infelicit. ¶ Quinto q̄rit de vo/
tis q fiunt ī anguſtijs: an obligēt. Rn̄/
deo ſm Guil. mulieres ī partu vouētes
vl quicūq alij in anguſtia ꝯſtituti ſi ha
beant deliberatā intētōem obligādi ſe
obligati ſūt. Sec⁹ ē ſubito ⁊ indeliberate
Q ¶ Sexto vidēdū ē q poſſint voue/
re: ⁊ qui non. Circa qd queritur. Vtꝝ
pueri poſſint vouere. Rn̄deo ſcdm be/
atū Thomam ſcda ſcde. q. 88. Pueri
ante annos pubertatis duplici rōne vo
uere non poſſunt. Primo quia vt ī plu/
ribus patiunt rōnis defectū. hoc tamē
contingit in aliquib accelerari. Scdo
quia ſunt in poteſtate parētum vl tuto/
rū qui ſunt eis loco parētum: ⁊ idō eoꝝ
vota nō habēt effectum. ¶ Ille aūt fili
us qui venit ad annos pubertatis eſt q
dē ſue poteſtatis quantum ad ea q pti

nent ad ſuã pſonã: puta ꝙ ꝑ votũ obli/
get ſe i religionẽ: vł ꝙ matrimoniũ ꝯtra
bat. Et idem eſt de filia que eſt i domo
patris ¶ Utrũ religioſus poſſit voue/
re? Reſpondeo ſm beatum Thomam
vbi ſupra. Cum nullum tempus exce/
ptum ſit in quo prelatꝰ non poſſit ſub/
ditũ circa aliquid occupare: ideo nulluȝ
votũ religioſi firmũ eſt ſine ꝯſenſu prela
ti. qꝛ non eſt ſue poteſtatis. Uñ ꝛ ſcdm
Raymũdũ. Si vouerit non debet exe
qui ſine licentia p̄lati: ne forte ſup h̄ alij
ſcandalizarenť ſi eoꝝ ꝯſuetudines volu
erit excedere: vł ne detur occaſio euagã
di. Item querit vtrum p̄latꝰ poſſit ab
ſoluere religioſos a votis factis ante in/
greſſum. Reſpõdeo ſm Thomam et
Ray. Ip̄a religio in ip̄o p̄mo ingreſſu
ſoluit huiuſmodi vota Addit tñ beatus
Thomas in quodlibeto ꝙ cũ obedien
tia ſit maximũ votoꝝ, ꝑ omĩ voto ſuffici/
entiſſime recõpenſat. Et qꝛ ingrediens
religionẽ nihil ibi p̄t retinere ꝓprie volũ/
tatis. nullũ ḡ votum ꝓpria voluntate fa
ctũ retinere oportet. Sed ſtatim illud
debet oſtendere patri monaſterij ꝛ ſe eiꝰ
ſubijcere volũtati. R ¶ Septimo
queritur vtrũ alter coniugatoꝝ poſſit ſe
obligare voto ingredi religiõeȝ ſine alio
Reſpõdeo ſi non interuenit copula car
nalis: poteſt alter vouere ꝛ ingredi reli/
gionem inuito alio. Sed poſtq̄ȝ inťue
nit carnalis copula: tunc vnus ſine ꝯſen
ſu alterius non p̄t. Itẽ querit vtꝝ vxor
vouere poſſit. Reſpõdeo ꝙ non ſine cõ
ſenſu viri: maxime in his votis q̄ ſine ſcã
dalo viri pfici nõ pñt. Tamen ſi vxores
emiſerunt votũ abſtinẽtie peregrinatõis
vł cõtinentie: vł etiã d̄ mane ſurgendo:
vel qđcunq; aliud nõ debet autoritate
ſua contrauenire. ſed viri pñt irritare ta/
lia vota etiamſi ante matrimoniũ ꝯtra/
ctum emiſerant talia vota. ſcȝ ieiunãdo:
pegrinando. mane ſurgẽdo. ꝛ mľier te/
netur in hoc ſequi viꝝ ꝛ ei ꝯſentire. Sci
endũ tñ ꝙ vir ſola illa vota reuocare p̄t:
que ip̄a implere non p̄t ſine ſcãdalo ſpi/
us viri: ſicut ieiunare: pegrinare: mane
ſurgere: ꝛ ire ad matutinas: et hmõi.
Alia vero vota non: vt ſi vouerit ꝙ da/
ret aliquid de ꝓprio vbi eſt conſuetudõ
ꝙ mulier habẽ p̄t bona parafernalia vł
ſi vouerit orõem aliquã ꝛ hmõi. Itez q̄/
ritur vtrũ in votis cõficiendis vel dimit/
tendis vxor ꝛ vir ad paria iudicenť. Re
ſpondeo ſm Raymundũ. q̄ntũ ad vo/
tum continentie ſm oẽs doctores vir et
mulier ad paria iudicanť. In voto aũt
abſtinẽtie dicunt quidam ꝙ cũ vir ſit ca
put mulieris: p̄t tale votuȝ facere inuita
vxore. Qđ tñ intelligendũ eſt ſm Hu/
gonem niſi per tale votũ fieret p̄iudiciuȝ
vxori de debito reddendo qđ ꝑ iura vi/
detur ſatis ꝓbabile. In voto aũt pegri/
natõis dicendũ ꝙ neuť ꝯiugum p̄t aliõ
inuito h̄ facẽ. Fallit tñ hoc in voto hie/
roſolymitano: quia in fauorẽ terre ſcẽ ꝛ
fidei xp̄iane p̄t vir ſine conſenſu vxoꝛ fa
cere hoc votũ ꝛ implere. Uxor tamẽ vt
conſentiat eſt attentiꝰ monenda. Inno
centiꝰ dicit ꝙ p̄ter votũ vltramarinum
neuter coniugũ peregrinari p̄t ſine ꝯſen
ſu alterius. imo ſi aliqñ cõſenſerit p̄t re
uocare licet peccet. hec Innocentiꝰ. Et
nota exemplũ terribile de illis q̄ non p/
ſoluunt vota ſua ſ; ſuſcipiunt diſpenſati
onem falſe ꝛ ſine cauſa. Legiť ꝙ in dio/
ceſi traiectenſi erat quidam ruſticꝰ vſu/
rariꝰ qui tp̄e p̄dicatõis ſancte crucꝭ cru/
cem accepit: ꝛ poſtea crucem ꝛ votum re
demit quinq; libris ꝛ circumuenit dolo
diſpenſatorem cum poſſet dediſſe. xl. li/
bras. Iſte ſedebat quadam die in ta/
berna dicens alijs qui vota ſua pſolue/
runt. Uos ſtolidi tranſibitis mare ſup
periculo vite veſtre ꝛ expenditis ſubam
veſtram: ego autẽ redemi quinq; libris
votum meum. Et cum domi maneam
ſimilem mercedem vobis habeo. Et ſic
iactabat ſe de dolo ꝛ fraude ſua. Nocte
aũt quadam cum iaceret cum vxore ſua
audiuit in molendio ſuo quod erat do/

mini contiguū motū quaſi molēdinis rote. Et dixit puero ſuo. Uade ⁊ vide qd ſit in molēdino: puer iuit: ⁊ rediit horroꝛe ꝑcuſſus. Cui dicēs. Quid eſt tibi? Et ille tant⁹ horroꝛ inuaſit me in oſtio molendine vt cōpelleret me redire. Et ille. Etſi diabol⁹ ibi ſit: ego ibo ⁊ videbo. Iniecta toga ſcapulis venit ad molendinum. Erat enim nudus: oſtium aperuit ⁊ introſpexit: et vidit duos equos nigerrimos: ⁊ vix nigrum ſtantē iuxta equos nigros: qui dicebat ad ruſticum. feſtina: ⁊ aſcende equū iſtū qui ꝓpter te adductus eſt. Ille expauit. Et ille. Quid tardas. ꝓiice veſtem tuam ⁊ veni. Erat eī veſti eius crux affixa. Ille deſperat⁹ ex virtute voc̄ diabolice reiecta veſte equū aſcendit ⁊ vir aſcendit alterū equū ⁊ ſtatim deductus eſt ad diuerſa loca penarum vbi ille miſer vidit pr̄em ⁊ mr̄em torqueri ꝓpter res iniuſtas quas poſſiderāt ⁊ ſibi hereditario iure reliquerūt. Inſuper ⁊ alios q̄ꝫ plurimos ibi vidit. q̄s cognouit. ⁊ vidit ibi quendam militē inſidētem vacce furenti auerſo coꝛpoꝛe ita vt doꝛſum haberet ad coꝛnua vacce q̄ huc illucq̄ꝫ diſcurrebat: ac crebris ictib⁹ doꝛſum militis cruciabat. Et cum quereret ruſticus: quare illam penam ſuſtineret? Reſpondit vaccam iſtam rapui ſine miſcdia cuidam vidue: et ideo opoꝛtet me hanc penam ſine miſericoꝛdia ab ea tollerare. Oſtenſa eſt ei ibi ſedes ignea ⁊ dictum eſt ei: modo reuertere ad domū tuam: ⁊ poſt tres dies reuerteris ad locū iſtum ⁊ mercedem accipies in iſta ſede. Nox de mane reductus ſemiuiuus et inuentus eſt in molendino ab vxoꝛe ⁊ familia. Et conuocatis cognatis ⁊ amic̄ ſuis dixit omnia que ei acciderant ⁊ que viderat quaſi ſub deſperatione. Uocatus eſt ſacerdos q̄ eū āmoneret eū ad contritionem ⁊ confeſſionem. Reſpondit. Quid ꝓſunt verba iſta? non poſſum cōfiteri: ſuperfluum video confiteri. ⁊ video q̄d ī me diſpoſitū ſit neceſſariū eſſe ipleri. Sicq̄ꝫ miſer ille ſine ſacramento eccleſie defunctus eſt.

# De tertio p̄cepto

Memento vt diem ſabbati ſanctifices. Hoc p̄ceptū refertur ad ſpiritusſancti bonitatem ſicut ſecundum ad filii veritatem: ⁊ primū ad patris poteſtatē. Decet eī hoīem ꝑ effectū deuotōis hac die totalit̄ q̄ſcē dō: ita ꝙ ſi hō quicq̄ꝫ in oꝛonib⁹ vl̄ etiā bonis opibus ꝑ totā ſeptimanā neglexit h̄ recuꝑet in iſta die. A Uñ ad euidētiam hui⁹ precepti querit̄ quare ſabbati dies fuerit tranſlata in dominicā. Ad quod dicēdum ꝙ hoc conuenit rationi. Primo ob memoꝛiam bñficii dominice incarnationis. Quia ſicut die dominica mundus fuit creatus: ſic eodem die fuit ꝑ myſterium incarnationis recreatus. Et hoc beneficium digniſſime in memoꝛia iugiter eſt habendum. quia ꝑ hoc d̄s ſummā charitatē exhibuit. dicente apoſtolo. Propt̄ nimiā charitatē qua dilexit nos d̄s filiū ſuum miſit. Ex maxima eī charitate ꝓceſſit ꝙ v̄bū eternū fieri ⁊ naſci homo voluit: vt nos deificaret ⁊ vt hoīem abiectū ineffabilit̄ exaltaret. ⁊ vt hoīem mēdicū theſauro diuinitatis locupletaret. Unō Aug⁹. ſuꝑ canonicā primā Iohis. Amauit te dominꝰ ⁊ fecit ſe ꝓpt̄ te hoīē. d̄s ſubiec̄ ſe ⁊ exaltauit te: īclinauit ſe ⁊ ſuſcepit te. Exinaniuit ſe maieſtate: ⁊ impleuit te diuinitate. deſcendit vſq̄ꝫ ad te: vt tu deſcenderes vſq̄ꝫ ad eum. Scdō ꝓpt̄ memoriā beneficii reſurrectionis que fuit dñica die facta: ⁊ q̄ eſt cauſa ⁊ exemplar noſtre reſurrectionis. Nam illa die contulit nobis tria bona. Primo: q2 moꝛtē noſtram deſtruxit ⁊ eam in ſeipſo occiſo occidit. Nam ſcōm Auguſtinū Dignū erat vt quia diabolus xp̄m innocent̄ ꝑemit poteſtatē ꝑderet in eos quos ſua

calliditate deuictos tenebat. Scđo: qꝛ
naturā hūanā veſte imortalitatꝫ idnit cū
imortalꝭ ꝛ ipaſſibilꝭ reſurrexit Tertio qꝛ
timorē mortis abſtulit qñ ꝑ ſuam reſur/
rectionem de eterna beatitudine nos aſ
ſecurauit: cum certum ſit ꝙ mēbra ſeq̄
debeant vbi caput ſuum p̄ceſſit. Vnđ
Gregorius ī homelia paſcali. Filiꝰ dei
factus homo apparuit in carne: mori di
gnatus eſt ex voluntate: reſurrexit ex po
teſtate: ꝛ oſtendit exemplo q̄đ nob̄ pro/
miſit ī p̄mio. Si igiṫ membra noſtri re/
demptoris ſumus: preſumamus in no/
bis ꝙ iam geſtū conſtat in capite. Ter/
tio ne videamur iudaizaꝛe diem ſabbati
more iudeorum obſeruando. Quia ſm
Hoſti. In ſabbatꝫ maxime operari de
bemus ne iudaizaꝛe videamur. Quarto
ꝓpṫ dignitatē diei dñice. B ¶ Sci
endū ꝙ duodecim dignitates diei dñi
ce inueniunṫ in ſcriptura. Prima qꝛ illa
die celum ꝛ terram ꝛ angelos deus crea/
uit. Scđa eadē die ſtetit arca noe poſt
diluuiū ſup̄ montes armenie Tertia qꝛ
eadē die eripuit dñs ꝓplm ſuū de egy/
pto ī manu forti: ꝛ brachio excelſo Quar
ta quia eadem die pluebat primitꝰ mā/
na de celo in eſcam filiorum iſrael. ad/
huc ipis exiſtētib ī deſerto. Quinta qꝛ
eadē die xp̄s natꝰ ē đ maria virgie Se/
xta eadē die xp̄s baptiſatus ē a Joāne
Septima eadē die conuertit aquam in
vinum in nuptijs: quod fuit initium ſi/
gnorum q̄ fecit ī conſpectu diſcipuloꝝ.
Octaua eadē die ſaciauit quinqꝫ milia
hoim đ quinqꝫ panibus ꝛ duobꝰ piſci/
bus. Nona quia eadē die honorificatꝰ
ē dominꝰ cum palmis. ſcꝫ die palmarū
Decima quia eadē die reſurrexit ſa mor
tuis. Undecima qꝛ eadē die miſit ſpiri
tum ſanctum apoſtolis. Duodecima qꝛ
eadē die erit dies iudicij vt plures opi/
nantur. ſed tamen certitudinaliṫ nemo
ſcit niſi ſolus đs Ergo honorifice hono
rare ꝛ celebrare debemus hanc dieꝫ. ſi
non ſit eadē in numero: ſꝫ tū eadē in ſpē

itelligere debemꝰ vt pꝫ quilibet intuēti.
Unde de iure canonico conſtat diem
dñicum inṫ ſummas ꝛ p̄cipuas feſtiui/
tates contineri. q̊ diciṫ Exodi. xx. Me
mēto vt diē ſabbati ſanctifices: id ē ſum
mo ſtudio illam diē honoēs: nihil ſalicꝫ
opis corporalꝭ ī eo faciēdo quod poſſit ī
pedire quietē mētis in đo. ¶ Pro q̊ ſci/
endum ꝙ illud preceptū contingit octo
modis tranſgredi Primo modo manu
aliter operando: quod prohibituꝫ eſt a
deo. Vnđ Exodi dicitur. xx. Non faci
es ī eo omne opus. Ex quo patet q̊ ſab
batum violat: mortaliṫ peccat. excuſaṫ
tamē quis a mortali peccato in quattu/
or caſibus. Primo ꝓpṫ laboris vꝭ ope/
ris modicitatē: puta ſi labor tā modicꝰ
ſit ꝙ q̄etē mētꝫ ipedieñ poſſit ī đo: qꝛ ſo
lus ille labor q̊ turbat q̄etē animi ꝛ ſpūs
libertatē cauſat mortale pcc̄m Scđo ꝓ
pter laborꝫ neceſſitatē: q̄ tāta dꝫ eē vt la/
bor opiſ ſine rei piculo p̄ueniri vꝭ differ
ri nō poſſit ſicut cōtingit ī meſſib ꝓpṫ i/
curſum hoſtiū. Vꝭ etꝫ ſm Guil. Si ia
cētib ſegetibus ī agro aut fenoſi pratꝫ:
imineat tēpeſtas poſſunt ide remoueri
Itē non videtur peccaꝛe mortaliṫ pincer
ne ꝛ carnifices q̊ p̄parant victualia vt ſe/
quēti die vēdant: ſi prius non poterāt cō/
mode p̄parare aut p̄parata ſuaꝛe Et ſic
contingit ī vindemijs ꝓpṫ frigus ꝛ in ca/
ptura allecum q̄ ſolum fit tēpore deṫmi
nato. ī talibꝰ em̄ excuſat neceſſitas q̄ le/
gē non habꝫ: vt patet extra de conſue.
Tertio ꝓpṫ cordis pietatē: quia bene li
cet propṫ deū arare ꝛ agrum paupis ſe
minaꝛe Vel adducē religioſis ligna ꝛ ali
is miſerabilibus pſonis Quarto ꝓpter
publicam vtilitatem puta laboraꝛe ꝑ pō
te vꝭ pro via ſiue eccleſia repanda. Scie
dum tamē ꝙ Wilelmus dicit ꝙ non cre
dit ꝙ diebus dñicis aut maioribus fe/
ſtiuitatibus liceat huiuſmōi laboēs fie/
ri. In minoribus autem feſtis ſicut ifra
octauas paſche ꝛ pēthecoſtes ꝛ ſimilibꝰ
credo ꝙ liceat ſequi conſuetudinē regio/

nis Ad hoc aũt ꝙ tales labores licite fi
ant oportet ꝙ non fiant vſq₃ ad vltimā
fatigatõez. vel ꝓpter hoc nõ dimittatur
miſſa ⁊ hmõi diuina. ⁊ ꝙ talia nõ faciat
ꝓpter affectõez carnalem: ⁊ ſpe remune
rationis: ſed ꝓpter deũ ⁊ ꝙ paupertas illo
rum exigere videaẜ. ¶ Sc̃do trāſgredi
tur hoc p̄ceptũ frequentando placita ſe
cularia: vt exercendo actũ iudiciarium.
Eſt ei iure ſtatutũ vt illo die ſtrepid⁹ iu
diciarius cõquieſcat. Poſſet tamen illo
die vt dr̃ wilhelmus in glo. ꝓ pace tra/
ctari vel ꝓ pace firmanda iuramentu₃
licite p̄ſtari. Item qñ cauſa eſſet debili/
um vel miſerabiliu₃ perſonaꝝ ita ꝙ alio
die non poſſet expediri: tunc qñq₃ lici/
te poſſet fieri. Et nota ꝙ iſti multi rep̄/
henſibiles ſunt qui claſſationes ſuas ī
loco ſacrato .ſc₃ in cimiterio vel ambitu
expediunt. ⁊ hoc patet ex eo. quia ẜm
Ray. ⁊ Hoſti. cimiteriũ gaudet eadem
īmunitate quā habet eccl'ia. ergo ſicut il
licitum eſſet in eccl'ia talia placita et ta/
les locutões exercere. ſic in cimiterio illi/
citum eſt talia fieri. D ¶ Tertio
mercantijs intendendo. Vñ ſ querit(ur)
quid de euntib⁹ ad mercata que fiunt ī
feſtis. Reſpõdeo ẜm wilhelmũ Si q̇s
hoc faciat non cõſuetudiarie: ſꝫ ꝓ ſua ne
ceſſitate ⁊ antea audiuit diuina: non cre
do ꝙ peccet mortaliter. Secus ſi ꝯſue/
tudinarie ſeu lucrādi cupiditate: ⁊ ma/
xime ſe abſtrahēdo a diuĩs. Aut etiam
ſi hmõi mercata ꝓhibita ſunt a p̄latꝭ il
lius loci ſeu forſan excõmunicata. Mer
cata tñ que ex quadā neceſſitate fiũt de
victualib⁹ ⁊ neceſſarijs ad diē aliquā: ñ
credo illicita eē: dũ tñ ꝓpt̃ h̃ ſe ñ ſubtra
hant a diuĩo officio. Heu h̃ nõ attēdũt
iſti inſtitores q̇ in dedicationib⁹ vł ī alijs
feſtiuitatib⁹ ſũmo mane ſua venalia ex/
ponũt: ⁊ totũ diuinũ officiũ negligunt.
nec illa die miſſa₃ vł ẜmonē audiũt. ⁊ in
h̃ grauit̃ delinquũt: in ſignũ hui⁹ in tp̄e
paſche ꝓhibeẜ cõmunio oĩb⁹ talib⁹ qui
mercata ſua dieb⁹ feſtiuis exercent: ⁊ cõ
munio nõ ꝓhibeẜ niſi ꝓ pecc̃o mortali.
E ¶ Quarti q̇ vecturā in dieb⁹ dñi/
cis exercent. Ad intelligentiā hmõi q̃ri
tur. q̇d debētes dñis vecturā bladoꝝ
affer̃t in dieb⁹ feſtiuis? Rñdeo ẜ₃ Guil.
non excuſanẜ niſi aliq̃ neceſſitas ad hoc
eos cõpellat. ⁊ ideo tales dñi q̇ eis dant
occaſionē vł iubent eos talib⁹ dieb⁹ exer
cere vecturā: participes ſũt illoꝝ pecc̃oꝝ
Sꝫ vectores merciũ ⁊ alimētoꝝ aut ꝑſo
naꝝ ad loca remota (cũ alias ñ p̃nt ſine
graui incõmodo) credo excuſari Et ſilr̃
de viatorib⁹ ⁊ curſorib⁹ tñ bonũ eſt talib⁹
vt antea miſſam audiāt maxime in die/
bus feſtiuis. Heu h̃ iſti ruſtici nõ attē/
dũt q̇ qñq₃ ad quattuor vł ad q̇nq₃ mi
liaria vehũt ⁊ nunq̃ miſſam vł ẜmonē₃
iſto die audiũt: ⁊ credũt ſe celebrare ⁊ eis
hoc licere. qđ tñ eſt fałm̃. ¶ Quinti ſunt
mechanici ſicut ferratores equoꝝ: minu
tores hoĩm: currifices: ⁊ ſic de alijs de q̇
bus dr̃ Guil. Si in feſtis h̃ faciũt: p̄nci
paliter ꝓpt̃ neceſſitatem eorum quibus
ſeruiũt credo ꝙ poſſint excuſari. Sec⁹
ſi propter cupiditatem lucri h̃ faciāt: ſilr̃
illi q̇ de talib⁹ requirunt eos excuſanẜ ſi
alias nõ poterāt ſibi cõmode ꝓuidere:
aliter nõ excuſanẜ. ¶ Sexti qui faciunt
ſerta in diebus feſtiuis: queritur vtrum
peccent mortalit̃. Rñdeo ñ credo tales
eſſe excuſabiles ꝓpt̃ periculũ qđ ő facili
p̄t ꝯtingi ex abuſu hmõi. q₂ ſunt excita/
menta vanitatis ⁊ laſciuie: violatur aũt
obſeruantia diei ſacre in operādo talia
ſerta. Poſſet tamen eſſe labor tam mo/
dicus: ⁊ ſine precio: nec ad laſciua₃ intē/
tionem: ſed moderatam recreatiõem ꝙ
ñ eſſet pcc̃m aut ſaltē ñ mortale et hec
ſententia eſt Guil. F ¶ Septimi
qui in vigilijs feſtiuitatum ⁊ ſabbatis ꝺ
nocte nimis diu laborāt. Vnde queri/
tur. quando debeamus feſtum incipere
Reſpondeo quantum ad feriatiõem a
veſpera in veſperam. Et intellige veſpe
ram: ideſt ſero: cum feſtoꝝ initiũ ⁊ finis
iuxta eoꝝ qualitatem ⁊ regionum con/

ſuetudines ſeruari debeant. ⁊ ſic magni
tudo ipoꝝ exigit ꝑus inciperet ⁊ tardius
terminari. extra eo. quoniã. Ergo hic
reprehēditur error quorundã hoim ſim
plicium: qui non reputant peccatum
eſſe ſabbatis diebus de nocte diu labo
rare ⁊ ſecūda feria đ mane laborare pec
catum reputant: quod tamē non eſt ve
rum. G ❡ Sciendū tamen qđ illi
qui laborant in diebus feſtiuis ⁊ non cu
rant p̄ceptum dei ⁊ eccleſie tales tripli
ter puniuntur quandoq; a deo Primo
in temporalibus: quia tales ex hoc nō
ditantur: quia quicquid lucrant̄ in tem
poralibus: hoc perdunt in ſpūalib⁹ que
ſunt bona anime. Inſup quandoq; in
fortunium ex permiſſione diuina habe
bunt in temporalib⁹. ſcꝫ ꝙ captiuantur
vel a raptoribus ſpoliant̄: vel equi eo
rum leduntur vel moriuntur: vel dom⁹
eorū igne comburuntur: vel talia infor
tunia talibus accidunt ꝙ ſic depaupe
rantur. Secundo puniuntur in corpo
re. vt ſcꝫ quādo tales infirmant̄ ꝑ men
ſem: vel quādoq; cadunt ⁊ frangūt cru
ra vl' brachia: ⁊ ſic đ alijs: ⁊ tūc oportet
eos feſtiuare cū merito deberēt labora
re: qꝛ antea laborauerūt cū feſtiuare de
buerūt. qꝛ ſm Salomonem. Per q̄ hō
peccat: ꝑ hec ⁊ punietur. Tertio puniunt̄
in aīa qđ maximū eſt: qꝛ q̄tiens feſtū ſol
uunt: totiens mortalit peccāt ⁊ aīaꝫ ꝓ
priā occidūt. Exodi. xxxi. Qui pollue
rit ſabbatū: morte moriat̄ Sꝫ q̄ feſtiuāt
i illis: đs ꝓſperitateꝫ ꝯcedit in corpe ⁊ i
aīa. Exemplū habem⁹ de duob⁹ ſuto
ribus: vnus illorum habuit mltos pu
eros cū vxore ſua. ⁊ non neglexit q̄n om
ni die libenter audiret miſſam. ⁊ in om
nibus ſibi ꝓſpere ſucceſſit. Et alius nul
lum puerum habuit ſed ſolam mulierē
⁊ quottidie laborauit tam in diebus fe
ſtiuis q̄ꝫ etiam in ſacris noctibus ⁊ raro
miſſam audiuit: ⁊ tamen ſemper in pau
pertate vixit: qui queſiuit ſemel ab alio
ſutore vnde ſibi iſta bona ꝓuenirent ꝙ
cum filijs ⁊ vxore ſemper ſatis haberet ⁊
ipſe plus laboraret ⁊ ſp egeret. Qui rñ
dit. Cras ibis mecū ⁊ ego tibi oſtendā
vbi talia reperiā. Mane facto duxit eū
ſecū ad eccleſiā. ⁊ finita miſſa dixit ei: va
das modo ad laborē tuū. Sequēti ve
ro die iterū de mane venit ad domū ei⁹
et duxit eū iterū ſecū ad eccleſiā. ⁊ finita
miſſa iuſſit eū redire ad domū ⁊ labora
re artificiū ſuū. Tertia die de mane ve
nit iterū ad domū eius volēſq; eū duce
re ſecum ad eccleſiā. Tūc ille dixit Cha
riſſime ſi vellē ire ad ecclīaꝫ ego ꝑ me bñ
ſcirem viā. ego deſiderabam a te vt me
duceres ad locū vbi tu thezaurū inuenī
ſti. Tūc ille dixit. Aliū locū non habeo
vbi thezaurū corpis ⁊ premiū vite et'ne
reqro niſi eccleſiā. Nōne audiuiſti dictū
xp̄i in euāgelio. Primū querite regnuꝫ
dei ⁊ hec omnia adijcient̄ vobis. ſ. q̄ ad
neceſſitatē corpis ⁊ anime ꝑtinēt. Tūc
ille ꝯpunctus ⁊ amodo xp̄o fact⁹ deuo
tus: poſtmodū miſſam libēter audiuit.
et tūc ſibi ꝓſpere in omnib⁹ ſucceſſit: ſic
tu fac ſimiliter ⁊ erit tibi gloria eterna.
❡ Sciendū ꝙ qui violant feſtiuitatem
diei dominice peccant in patrē ⁊ filium
et ſpiritūſanctū. In patrē: cuius poten
tia mundū creauit. In filiū: cuius ſapiē
tia mūdū redemit. In ſpiritūſcm̄ qui ta
li die in mundū miſſus eſt. ⁊ ꝑ ꝯſequēs
tales ingrati ſunt ſuo creatori: redēpto
ri ⁊ ꝯſolatori. Ergo tales trāſgreſſores
grauiter a deo puniūtur. Vñ legit̄ Nu
meri. xv. Factū eſt cū eſſent filij iſrael in
ſolitudine ⁊ inueniſſent hominē colligē
tem ligna in die ſabbati: obtulerūt eum
moyſi ⁊ aaron ⁊ vniuerſe multitudini:
Qui recluſerūt eum in carcerē neſciētes
q̄d ſup eo facerēt. Dixitq; dñs ad moy
ſen: morte moriat̄ hō iſte: obruat eū la
pidib⁹ oīs turba extra caſtra. Cū edux
iſſent eum foras obruerūt eū lapidib⁹ ⁊
mortu⁹ eſt ſicut p̄ceperat dñs. H
❡ Octaui qui in dieb⁹ feſtiuis peccāt.
ꝯtra quos dr̄ Exo. xx. Memēto vt diē

ſabbati ſanctifices .i. ſummo ſtudio illã
honores p̃cipue mortalia pcc̃a caueas
nihil i eo operando facinoris vl' cõmitten
do. Et m'lto mai' ẽ pccm̃ cõmittere i ta
li ſctõ die q̃ȝ i alio. Vñ narrat Greg'. i
li. dialo. q̃ q̃dã legitima a ſuo viro i ſab
bato õ nocte cognita cũ dñica die ſe ꝓ
ceſſioni ꝯiũgeret: a diabolo arripiebaẗ ꝛ
multũ vexabaẗ ab eo Et ſi h̃ fit i legitti
mis pſonis: q̃nta pena ꝯcubitus illegiti
m' plectẽd' erit Et notãdũ q̃ iſti ſtꝫ val
de fatui p̃uerſi q̃ in tp̃e ſctõ non ſctẽ vo
lunt viuere. q: ſicut loco ſctõ inferẽd' eſt
honor: ſic ꝛ tp̃i ſctõ. Vñ ſi q̃s in oĩb' fe
ſtis araret ꝛ foderet: ip̃e valde malus re
putareẗ. ¶ Quõ g̃ non multo amplius
peccant q̃ dieb' dñicis fornicanẗ. Citi'
eñ poſſet ꝯcedi q̃ aliq̃s in oĩb' feſtiuita
tib' araret vl' foderet q̃ȝ q̃ ſemel i die do
minico fornicareẗ. Sciẽdũ tñ q̃ duo ſtꝫ
pcc̃a q̃ maxime freq̃ẽtanẗ dieb' dñicꝫ
ꝛ feſtiuis .ſcȝ ebrietas ꝛ chorea.

¶ De chorea. J

Chorea eſt valde graue peccatũ:
quod patet primo ex vindicta:
vt habetur Exo. xxxi. c. vbi le
giẗ: q̃ cum deſcendiſſet moyſes de mon
te ſynai ꝛ appropinquaſſet ad caſtra fili
orum iſrael. vidit vitulum ꝛ choreas: ira
tuſq̃ȝ valde proiecit tabulas de manu: ꝛ
cõfregit eas ad radicem montis. Dein
de aſſumptis ſecum filijs leui interfecit
xxiij. milia hominũ. Ex h̃ ãt q̃ moyſes
manſuetiſſimus hominum (qui erant
in terra) adeo iratus fuit: ꝛ tantã vindi
ctam ſumpſit de hoc q̃ dei honorem vi
tulo impenderant ꝛ choreas duxerãt: ſa
tis p̃t eſſe manifeſtũ q̃ȝ magnũ peccatũ
ſit choreas ducere: ꝓpter quod peccatũ
deus permiſit tantã plagam in populũ
ſuũ. Item in nouo teſtamento legitur ꝛ
habetur Mar. 14. q̃ ſaltatrix amputa
ri fecit caput iohannis baptiſte: quem
xp̃s per ſe cõmendabat dicens Matth
xi. Inter natos mulieꝝ nõ ſurrexit ma
ior ioanne baptiſta. In hoc enim p̃e
figuratũ eſt quantã poteſtatẽ habituri
erũt ſaltatrices ad ſeparandũ eos in q̃
bus eſt grã dei qui ꝑ iohannẽ deſignã
tur a capite ſuo ſcȝ xp̃o ¶ Secõm ꝑ qđ
poteſt oſtẽdi q̃ malũ eſt choreas ducere
eſt multitudo peccatoꝝ q̃ committiẗ et
que ꝯmittunt ꝑſone que choreas ducũt
q: quaſi oĩa pcc̃a mortalia ibi ꝯcurrũt.
Primo ꝯmittitur peccatũ ſup̃bie. quod
eſt initiũ om̃is peccati Vñ Iſid. de ſũ
bono. Sup̃bia eſt initiũ om̃is peccati
ꝛ omniũ criminũ. vñ Auguſtin' in ep̃la
Quem ſup̃bum videris: filiũ eſſe diabo
li nõ dubites Ex iſto patet cui' filij ſint
qui ex ſup̃bia choreas ducũt. Item ibi
ꝯmittitur luxuria. quia tales chorizan
tes plurimorũ corda videntiũ ad luxu
riam accendũt. Itẽ cõmittiẗ ibi inuidia
q: quãdo aliqui ibi habent meliora or
namẽta. vel ſi vna pſona plus honoraẗ
q̃ȝ alia: cetere ſibi inuidẽt Itẽ auaricia
quia talia ornamẽta nõ habentes ſepe
ꝯtra deũ affectãt. Item cõmittunẗ ibi
iudicia ꝛ ſuſpitiões ꝯtra dictũ chriſti q̃
dicit Luce. vi. Nolite iudicare vt nõ iu
dicabimini. Tertio q̃ ducũt choreas fa
ciũt quodãmodo ꝯtra om̃ia ſacramẽta
eccleſie. Primo ꝯtra baptiſmũ. q: fran
gunt pactũ quod inierãt cũ xp̃o in bap
tiſmo q̃n patrinus eoꝝ dixit. abrenũcio
diabolo ꝛ omibus pompis eius Pom
pã eñ ſiue ꝓceſſionẽ diaboli intrãt cum
choream intrãt. Vñ patrini eoꝝ p̃nt ti
mere de ꝓfeſſione eoꝝ ſi illi rei inuenian
tur apud deũ: ſi nõ admonuerũt eos dẽ
ligẽter ne choreas intrarent. Proceſſio
diaboli eſt chorea. Signũ aũt hui' eſt
hoc q̃ tendit ad ſiniſtrã. Vñ legiẗ Pro
uerbioꝝ. iiij. Vias que a dextris ſtꝫ no
uit dominus. p̃uerſe eñ ſunt a ſiniſtris
Item faciũt cõtra ſacramentũ ꝯfirma
tõis in quo in fronte ſignũ crucis ſuſce
perũt tanq̃ȝ empti paſſione xp̃i. In cho
reis vero ſigno chriſti abiecto ſignũ dia
boli ꝓ eo in capite ponũt: qđ eſt ſup̃bia
qđ nõ p̃t fieri abſq̃ȝ magna contumelia

chriſti. Tertio faciũt ꝯtra ſacramẽtum penitẽtie ꝑ quã deo recõciliati erãt in q̃dragesima dñi pacẽ illã frãgunt ⁊ in exercitũ diaboli vadũt. Quarto faciũt cõtra ſacramentũ matrimonij. qꝛ ſepius q̃s ꝯcupiſcit vxorem alteri⁹. Et ſic econuerſo mulieres ꝯcupiſcũt maritos aliarũ mulierũ. quod eſt cõtra ꝑceptũ nonũ vbi dicit. Nõ ꝯcupiſces vxorem ꝓximi tui. ¶ Quartũ eſt ꝙ nullo ſancto vl' ſancte deferũt honorẽ qui choreas ducunt immo oĩbus contumeliã faciũt. Sicut eñ ꝯtumeliã facit alicui ſancto q̃ peccat in loco ei dedicato: ſic q̃ peccat in tẽpore ei dedicato. Unde cũ in nullo feſto timeãt choreas ducere: nullo ſcõ timent cõtumeliã facere. Ergo nullũ habebũt ſanctũ qui ꝓ eis intercedat: q̃ omibus ſanctis tã beate marie tã apoſtolis ⁊ ceteris ſanctis ꝯtumeliã ⁊ irreuerẽtiam fecerũt in eoꝝ feſtiuitatibꝫ chorizãdo Itẽ cũ ꝓhibitus ſit labor manualis in diebus dñicis ⁊ feſtiuitatibus ſanctoꝝ etiã iſte labor qui eſſet ad honorez dei ⁊ ad vtilitatem ꝓpriã vel ꝓximi: nũquid cõceſſus eſt chorizãtibus talis labor q̃ fit in ꝯtumeliã dei ⁊ ſanctoꝝ ⁊ in damnuz [illegible]mi. Irritũ videt eſſe q̃ petit requiẽ eternã ꝓ ducentibꝫ choreas: q̃ abſqꝫ penitentia deceſſerũt cum laborẽ chorizãdi in vita ſua quieti mẽtis ⁊ corpis ꝑelegerũt: qui in diebꝫ feſtiuis q̃eſcere noluerũt. Ergo eternã inquietudinẽ ⁊ laborẽ ſibi in chorizãdo acquiſierũt. Uñ p̃s. Laborabũt in eternũ ⁊ viuẽt adhuc in finem. Uñ Hiere. xvi. Seruietis dijs alienis ſuple in p̃ſenti: q̃ nõ dabũt vobis reqem in futuro. Uñ legit in libro de donis. ꝙ q̃dam iuuenis bonus ⁊ deuotus raptus ab angelo ductus eſt ad videndũ penas maloꝝ q̃ inter ceteras penas vidit circulũ ferreũ ꝯſtipatũ acutiſſimis clauis in q̃bus chorizabãt plures hoĩes vtriuſqꝫ ſex⁹ calcãdo de vno clauo in aliũ. Et deſuꝑ vidit pluere ignẽ cũ ſulphure mixtũ ſuꝑ quibꝫ req̃ſiuit Reſpõdit angelus. Tales ſunt chorizantes ⁊ impudice ſaltãtes: ⁊ pedes ſuos cũ calceamẽtis ad hoc ornãtes. ergo modo habebũt iſtũ circulũ cum clauis acutiſſimis ꝯſtipatũ. Item qꝛ ꝑ ornatũ corpis plures ad malas ꝯcupiſcentias ꝯcitauerũt. Ergo mõ ſm dictũ ꝓphete p̃s. x. pluet ſuꝑ peccores laqueos ⁊c.

K ¶ Quintũ ẽ ꝙ tales chorizãtes rurſum crucifigũt filiũ dei q̃ntũ in eis ẽ Ut aũt hoc pleni⁹ poſſitis intelligere choream volo vobis declarare ⁊ exponẽ. ⁊ ex iſto poteſtꝫ intelligẽ quãtũ malũ ſit chorizare. notate ḡ diligẽter artẽ bñ chorizandi Primo ſi vultis bñ chorizare ⁊ recte hoppiſare ⁊ diabolo in hoc multum ꝯplacere ⁊ periculũ aĩe incurrere: tũc debetis ꝑmo alte ſaltare: h̄ eſt ꝙ debetꝫ pedes alte de t'ra leuare: h̄ iõ ſm glo. vob dico vt eo ꝓfundi⁹ ad infernũ cadere et ſaltare poſſitis. qꝛ ſm Aug⁹. q̃libet ſaltus q̃ fit in chorea eſt ſaltus ad ꝓfundũ inferni. iõ quãto alti⁹ in chorea ſaltaueritis tanto ꝓfundi⁹ ad infernũ cadetis. Ergo ſaltate ⁊ alte ſaltate vt in chorea inferni ſuꝑ ignitos carbones poſſitꝫ etiã ſaltare ⁊ chorizare. Et ẽ magna ſtulticia ſic ſaltare ſicut hirc⁹: vel etiã ſi videres aĩal beſtiale. ſ. equũ vel vaccã ſic ſaltare tũc diceres ꝙ eſſet aĩal fatuũ Tu es hõ rõnalis ⁊ aſſimilas te hirco vel alij aĩali irrõnali: ꝯtra dictũ ꝓphete q̃ dicit. Nolite fieri ſicut equ⁹ ⁊ mulus q̃bus nõ eſt intellect⁹. Ergo ſi nõ vultis ad infernũ ꝓfunde cadere ſꝫ ad celũ ſurſum aſcẽdere: fugite choreã ⁊ caueatis vobis ab illa. ⁊ hoc eſt meũ conſiliũ. qꝛ multũ melius eſt cũ deo ⁊ omibus ſanctꝫ in celo regnare q̃ꝫ in inferno cũ demonibꝫ ⁊ dãnatis eſſe.

L ¶ Scdm q̃d fit in chorea eſt ꝙ brachia late expandũt vt choreã latã faciãt. Et ideo ſm glo. vt ieſu xp̃o magnã irreuerẽtiã poſſint facẽ ⁊ irriſionẽ ſiue etiã ꝯtẽptũ. Et tal' expãſio brachioꝝ ſcat expanſionẽ chriſti in cruce: q̃ ſic fuit tract⁹ ⁊ expãſus ꝙ oĩa oſſa

ſua dinumerare q̃s potuiſſet. Vñ ps. Dinumerauerunt om̃ia oſſa mea. Itē om̃es vene eius in ſuo ſanctiſſimo corpe fuerunt extenſe. Vñ legitur de eo q̃ ex/panſis brachijs ꝛ extēſis venis pepen/dit in cruce. Et iſti extenſioni ꝛ expāſio/ni magnā cōtumeliam ꝛ irriſionē tales choriſantes faciunt in hoc q̃ ſic in vana leticia ſe expādunt: cū chriſtus tā maxi/mam triſticiā habuit. ꝛ in maximo do/lore fuit extēſus Item p hoc q̃ ſe ſic per modū crucis expādunt: miſericordiam dei ſ deridēt ꝛ a ſe repellūt. quia in ſig/nū miſericordie chriſtus in cruce man⁹ et brachia expādit: vt paratus eſſet ad amplexandū nos peccatores miſericor/diter nos ſuſcipiēdo. Quando ergo ſic choriſantes eius miſericordiā derident iuſticiam ſuā ꝯtra ſe excitant vt eo iuſti/us eos damnet. Igit̃ ſi nō vultis ex iu/ſticia damnari: nolite eius miſericordiā ampli⁹ ſic deridere. Igit̃ cauete vobis de chorea. ꝛ hec eſt expoſitio ſcd̄i mēbri M ¶ Itē quotiēſcunq̇ deuoti ho mines orāt ꝛ manus ſuas puras in ora tiōe elenāt totiēs deo ſacrificiū manuū ſuarū offerūt. Vñ ps. Eleuatio manu um mearū ſacrificium veſptinum. Sic ecōuerſo choriſantes quotiēſcunq̇ ma/nus ſuas extendūt diabolo eas offerūt et ſeipſos conſumūt. Vñ Bernardus in pſona xp̄i. Ego te acquiſiui manib⁹ crucifixis: ꝛ tu te cōſumis manibus dia bolo dedicatis. Tertiū quod fit in cho rea eſt alta voce clamare ꝛ cantare. hoc ſignificat clamorem chriſti in cruce pen/dentis. Vñ dicit̃ Mathei. xxvij. Cla mans voce magna emiſit ſpiritum: pre cuius clamoē terra mota eſt: petre ſciſſe ſunt: ꝛ ſol obſcuratus eſt: ꝛ tali clamore xp̄o fit magna irreuerētia vel p talē can/tum: etiā p ſonitū fiſtularū qui fit in cho rea. Et tales q̇ ſic delectātur in cantu ꝛ in fiſtularū ſonitu miſerabilius ꝛ terribi lius clamabūt ꝛ lugebūt in inferno dicē tes illud Apoc. viij. Ve ve ve. Ve q̇s pmo dicet q̃ vnq̃ natus ſum homo. q̇ melius illi erat q̃ natus hō nō eſſet dicē do etiā. Maledict⁹ venter q̇ me pecca/torē portauit ꝛ vbera q̃ ſuxi. Itē ſcd̄m ve clamabūt ſup ſe ꝛ ſup ꝓpria membra corpis: dicētes ve vobis pedes mei ma ledicti q̇d mihi miſero imputaſtis ꝛ per malū greſſum ꝛ ſaltus illicitos mihi celi ianuas obſeraſtis Ve vob manus cur p malū tactū ꝛ illicitā extenſionē corona glorie me puaſtis: iā ꝓpter vos ducar ad infernū de quo nūq̃ egrediar. Ve ti bi o maledicta lingua quāta mala mihi feciſti q̃ tot turpia verba ꝓtuliſti ꝛ tam frequēter illicitos cant⁹ cantaſti. O ma ledicti oculi q̇ me p illicitū viſum viſiōe dei puaſtis ꝛ nunq̃ vnā lachrymā pro peccatis meis fudiſtis. iā incipit fletus veſter intolerabilis corā oībus demo/nibus ꝛ dānatis. Ve tibi cor q̇d mihi imputaſti q̃ tuis cogitatōibus malis ꝛ gaudijs illicitis me eternis gaudijs pri uaſti ꝛ ſic de alijs. Tertiū ve clamabūt pre amaritudine doloroſa ꝛ et̃nitate pe narū ¶ ¶ Quartū q̇d fit in chorea eſt q̃ cū manib⁹ firmiter ſe tenēt ꝛ cū ma nib⁹ ꝛ brachijs ſeinuicē ꝯplicant ne cho rea de facili rūpatur. Et hoc ſign[illegible] q̃ hoc ideo fieri debeat vt diabolus fir mius vos teneat in manu ꝛ ptāte ſua. Nā omnes in chorea ſunt in ptāte dia/boli. q̇ ſunt in ſeruitio eius. Et ille dia/bol⁹ vocat̃ ſchickēdantz. Iō diabolus q̇ vocat̃ ſchickēdantz der nympt dych in ſijn gewalt gantz. Sꝫ ſi q̇s diceret. ſi choriſans eſt in ptāte diaboli cur tūc di abol⁹ ptātem ſuā in talē hoīem nō exer cet. Rn̄deo q̃ hoc libēter faceret ſi de⁹ oīpotens pmitteret. Vñ legit̃ exemplū q̃ fuit q̇dā puella que erat in cantilenis et choreis aſſidua quā cantantē ꝛ pul/chre ornatā ꝯfeſtim turbo rapuit ꝛ mul tū deferens illā ſpūs malignus crudeli ter ꝟberauit ꝛ diuerſis flagellis hāc di/uerſimode flagellabat. Ict⁹ q̇dē audie/rūt plurimi. ſꝫ vidē nō poterāt: flēte etiā

puellā audiebant ī aere ꝛ clamantem. ꝛ poſt modicū īteruallum cecidit mortua O nimis horribile ad vidēdū. O

¶ Quītū qđ fit ī chorea ē ꝙ pulchre ſe ornant. ſcʒ caput cū coronis ꝛ capucijs ꝛ pepl'. corpꝰ cū īdumētꝭ varijs. ventrē cū cingul' argēteis. Et hoc ſcat ꝙ iō fieri dʒ a chorizātibꝫ vt eo difformiores ꝛ nigriores ꝛ diabolo ſimiliores ī iferno fieri poſſint. nā q̄nto plꝰ ſe nunc ornātvariis veſtimētꝭ ꝛ diuerſis veſtibꝫ ꝛ coloribꝫ. tāto opꝫt eos hr̄e ī iferno magꝭ diuerſas ꝛ varias penas ꝛ multiplicia tormēta. qꝛ q̄libet tunica ſupflua. ꝛ q̄libet color variꝰ ſpecialē penā habebit. Or aliā penā habebit color rubeꝰ. aliā color flauius. ꝛ ſic đ alijs. Et ſic ſcđm diuerſitatē coloꝝ ī veſtibꝰ ſ augmētabiť pena dānatoꝝ. Et iō diuerſimode chorizantes ſe ornātvt chr̄o maiorē ꝯtumeliā īferāt nam ſic̄ chr̄s coronatꝰ ē corona ſpinea. Sic ī ſignum huius chorizantes deriſorie ornāt capita ſua cū ſtis đ floribꝫ ꝛ cum mitrꝭ ꝛ peplis ergo dolorem chriſti quē habuit ī capite ſuo cū coronatꝰ fuit cū corona ſpinea memorare debes cum caput tuū ſic ſupbe ornas ¶ Itē veſtes nimis lōgas habētes ꝛ caudas ī terraʒ poſt ſe trahētes deſignant albā veſtem ꝛ fatuā quā herodes chr̄o īduit cū eum cū exercitu ſuo ſpreuit. ꝛ ecōuerſo ad pylatum miſit. que veſtꝭ fuit lōgior q̄ chr̄s ī pſona. Et qn̄ ſic ꝓcedere debebat ſup eandeʒ veſtē calcabat ꝛ ſic ad terrā cadebat. qꝛ manꝰ fuerūt ſibi ad dorſum ligate ꝙ nō poterant longitudinē veſtꝭ ante ſe tollere Talia memorare dn̄t q̄ lōgas veſtes hn̄t. Itē cingulꝰ argenteꝰ ſignat funē cum quo chr̄s erat ligatus ꝛ ſic ad patibulū crucꝭ ductꝰ. Talia memoranda eſſent chorizantibus cum ſe ad choream ornant. Et exemplum de hac materia habetur īfra. xiij. L.

¶ De Ebrietate.

Ebrietas ē ſcđm pcc̄m qđ maxime exerceť diebꝫ feſtiuis. Vn̄đ ſciendum ꝙ ebrietas eſt mater oīm vitiorum. ſicut ſobrietas eſt mať oīm vˀtutū vt đt Origines omel'. 37. Unde Ambroſiꝰ ī li. đ aīa. Ebrioſus ꝯfundit naturam. amittit grām. pdit gl'iam. incurrit damnatōem eternā. Itē ebrietas facit de hoīe beſtiā. de robuſto īfirmuʒ. ꝛ de prudente īſanum. Et hoc pʒ p exēpluʒ ¶ Legiť de quodā ebrioſo q̄ cum veniſſet đ taberna ebrioſus occurrit ei pater ſuus arguēs eum. quē cum crederet aduerſariū ſuū extracto gladio occidit eū ꝛ cum de nocte occurreret ei mater ꝓpria ꝛ eum īcreparet ideʒ de ea fecit. Et captꝰ eſt ꝛ tentꝰ ī carcere. De mane aūt obſtupuit ſe talia feciſſe.

¶ De feſtiuitatibꝫ ſanctoꝝ q̄liť ſint celebrāde

Qualiť feſta sanctoꝝ q̄liť ſint celebranda. O ¶ Pro q̄ ſciēdū ꝙ quattuor ſūt que pertinēt ad obſeruantiam ſolennitatum. Vn̄đ Exod. 20. Sex dies operaberis ꝛ facies oīa opa tua. ſeptimo aūt die ſabbͫm dn̄i dei tui eſt. non facies in eo oēm opꝰ Unde đr Geneſis. Requeuit dn̄s die ſeptimo ab omni ope qđ patrarat Et merito cum ſex dies corpori tuo ſeruiſti. dignum ꝛ iuſtum eſt. vt ſeptimū diem deo des ꝛ in ſalutem aīe tue expendas. et te ad ſuiendum deo prompte exhibeas. Scđm quod debemus ſuare in feſtiuitatibus eſt ꝙ debemus peccatoruʒ onꝰ deponere. Unde Hiere. 17. Nolite pōdera portare die ſabbati. In vigilia ſolennitatis deberet attendere q̄libet vtrū aliquod pcc̄m haberet ī ſe. ꝛ ſi haberʒ p veram contritōem ꝛ ꝯfeſſionem deberʒ illud remouere. Unde Bern̄. Ad hoc nobis vigilie proponuntur. vt vigilemꝰ ſi aliquo peccato vel negligentia dormiuimus vt ſ̄occupemꝰ ſanctoꝝ facies in ꝯfeſſione. Sʒ aliq̄ qui pondera pcc̄orū ſuoꝝ ī feſtiuis diebꝫ volunt portare valde pūerſe faciūt potiꝰ volūt portare onꝰ diaboli graue q̄ onꝰ chr̄i leue. ꝙ onus

chriſti eſt lene habetur Matthei. xi. ꝙ
onus diaboli ſcʒ peccatum ſit graue ha
betur ex illo pſalmo. Sicut onꝰ graue
grauate ſunt ſuper me. Item tales poti
us volunt portare quod demergat eos
in ꝓfundū inferni. q̄ onus pro quo deƀ
eis honor paradiſi. Item non ſufficeret
onera peccatorum deponere niſi homo
caueret etiam peccata futura non cōmit
tere in die feſtiuo. quāuis omni tempo/
re homo debeat a peccatis abſtinere ta
men principaliter ꝛ maxime in die feſti/
uo. ꝛ hoc innuitur Exod. 20. Memen
to vt diem ſabbati ſanctifices. Hoc eſt
ſanctū conſerues diligenter in eo a pec/
cato abſtinendo. Tercium eſt ꝙ opera
bona ꝛ ſalutaria exercenda ſunt diebus
feſtiuis. ſcʒ audiēdo miſſas. Unde qui
libet ſm Hoſti. tenet die dominica au/
dire miſſam ex precepto ꝛ totam ita ꝙ ac
cipiat benedictionem ſacerdotis. vt pa
tet de cōſe. diſtin. i. Miſſas. ꝛ ca. Om
nes fideles. niſi excuſetur magna neceſ/
ſitate quod notatur in dicto. c. Miſſas
Sed: ſi diceres remote habeo ire ad ec/
cleſiam. Reſpondeo quādo cum deuo/
tione ad eccleſiam accedis. tunc angelꝰ
tecum vadit ꝛ omnes greſſus tuos dinu
merat. ꝛ ſinguli remunerabuntur tibi ī
retributione iuſtorum: quia nullum bo
num irremuneratum. et nullum malū
impunitum. Ergo in via eundo ꝛ rede/
undo ad eccleſiam non eſt claſſandum:
ſed deuote orandum. Item verbum dei
audiendum eſt in die feſtiuo. quia eſt ci
bus anime. Vñ Matthei quarto Nō
in ſolo pane viuit homo. ſed in omni ꝟ/
bo qđ ꝓcedit ď ore dei. Ergo quilibet
hō ſi cōmode pt libent' dʒ audire verbū
dei in die feſtiuo vt aīam paſcat. Unđ
Grego. Cibꝰ mentꝭ eſt ꝟbū dei Et chri
ſtus dicit in euangelio vt habetur Ioā/
nis. viij. Qui ex deo eſt verbum dei au/
dit. propterea vos non auditis. quia ex
deo non eſtis. Ergo malum ſignum eſt
ꝙ aliqui fugiunt ſermonem. quia eſt ſi/
gnum ꝙ non ſunt ex deo. ſed a diabolo
ſm dictum chriſti Hoc tales nō curant
q̄ ī cimiterio ꝛ ī foro ſtant. ꝛ ſic ſmonem
negligūt. R ¶ Itē elemoſyna dan
da eſt in die feſtiuo. de his que cū labo/
re tuo acquiſiſti. Unde Augꝰ. i li. de vi
ta chriſtiana ďt. Illā elemoſynā ďs ap
probat que de iuſtꝭ laboribus miniſtra
tur. ſicut ſcriptum eſt Honora dnm de
tuis iuſtꝭ laboribus. Et contigit ſepius
ꝙ paruum donum a paupere datū quā
doqꝫ plus a deo remuneratur q̄ donū
a diuite. hoc patet in euangelio de pau/
pere vidua que duo era obtulit. de qua
chriſtus dixit ad diſcipulos Iſta paup
vidua plus obtulit q̄ omnes dites. qꝛ
deus reſpicit intentionem ꝛ affectū plꝰ
q̄ incenſum. Unđ Iſidorus ď ſummo
bono. Quali enim intentione ab vno/
quoqꝫ largitur taliter ꝛ apud deum reci/
pitur. Item orationi inſiſtendum eſt in
diebꝰ dominicis ꝛ feſtiuis. Unde Au/
guſtinus Oratio tua locutio eſt ad deū
Quando legis deus tibi loquitur. quan
do oras deus tecum loquitur ꝛ cum deo
loqueris. Ergo multum ꝛ deuote oran
dum eſt die feſtiuo. Unde Auguſtinꝰ.
Oratio eſt anime ſancte preſidium. an
gelo bono ſolamen. diabolo ſupplicium
deo gratum obſequium Item in diebꝰ
feſtiuis laudare debemus deū quia ob
ſeruatō ſolennitatum quaſi quedam in
choatio eſt beate vite quam expectamꝰ
Unđ ſicut ibi erit operatio aſſidua dei
laudatō. ſic in feſtis intendere debemꝰ
laudi diuine. Unđ nihil adeo repreſen
tat in terris quendam celeſtis habitati
onis ſtatum. ſicut alacritas laudantium
deum. Unde Auguſtinus in libro con
feſſionum. Vere felix eſſet qui poſſꝫ di
uine laudi ſemꝑ īſiſtere. S ¶ Quar
tum eſt ꝙ ꝗetem cordis noſtri debemꝰ
deo offerre cū meditationibus bonis vt
poſſimus dicere cum pſal. Meditatō
cordis mei: in conſpectu tuo ſemper Et
hoc debet fieri cum meditatione benefi

 

ciorũ dei. Unde Chryſ ſup Matth.
Optima beneficiorum cuſtos ē ipa me
moria bñficioꝝ. ⁊ perpetua cõfeſſio gra
tiaꝝ. Unde Bernard. Dignũ eſt deo
gratias agere ſp. qꝛ nunꝙ̃ ceſſat nobis
bñfacere Et memorare debem⁹ ſi bene
vſi fuerim⁹ bñficijs dei tũc deus nobis
mlˀta meliora ⁊ maiora dabit in vita fu
tura. qꝛ dabit tibi ſe ipſuȝ. Uñ Augˀ
ſup Jo. Deus tibi totũ eſt. ſi eſuris: pa
nis tibi eſt. ſi ſitis. aqua tibi ē. ſi in tene/
bris es. lumen tibi eſt. ſi nudus es. im/
mortalitas tibi veſtis ē. Idem li. xi. de
ciui. dei. Qđ de⁹ pparauit diligẽtibꝫ ſe
fide nõ capitˀ. ſpe non attingitˀ. charita/
te non appͣhenditˀ. deſideria ⁊ vota trãſ
greditˀ. adquiri pt. eſtimari non pt.

Feſta ſcõꝝ ꝓpˀ ſex ſunt inſtituta

FEſta ſanctoꝝ q̃re eccĩa inſtituitˀ
T Reſpondeo ꝙ ꝓpter q̃nꝗ
Et pͥmo ꝓpter honorem diuīe
maieſtatis. qꝛ deũ in ſanctis hõramus
qui eos ſanctificauit. vt ſi debitas grãꝝ
actiones repẽdam⁹ de donis ⁊ gratijs
quas illis ꝯtulit. in hoc ꝙ eos ſuos fili/
os ⁊ heredes fecit. Olim deus ſolũmõ
in ſeipſo honorabatˀ. mõ aũt honoratˀ i
ſeipſo ⁊ in ſuis ſcis. Scđo ꝓpter au
xiliũ nr̃e infirmitatis. q̃a p nos ſalutem
hr̃e non poſſum⁹. qꝛ in peccatis ſumus
et peccatores deus nõ exaudit Uñ ps
Iniq̃tateȝ ſi aſpexi in corde meo ⁊c̃ Er
go vt ꝓ nobis intercedant eos honora
mus U Queritˀ Utꝝ ſancti orent
pro nob. Reſpondeo ſʒ Bonauẽtˀ ſup 4:
ꝙ ſancti orant ꝓ nob duplici rõne. Pri
mo ꝓpter nr̃am neceſſitatem. qꝛ indige
mus p alios releuari. Scđo ꝓpter dei
volũtatem. qꝛ vult vt mẽbra ſpũalia ſe
mutuo iuuent. Ipſi eni ſciũt dei volun
tatẽ. ⁊ in oĩbus eam implent. et nos eo
rũ ſumus mẽbra. ⁊ iõ ſoliciti ſũt nos iu/
uare. Tertia rõ pt addi ꝓpter charita/
tem ⁊ affectũ magnũ quẽ hñt ad ſalutẽ
nr̃am ¶ Itẽ queritˀ Utꝝ ſanctoꝝ ora
tiones ſp exaudiantˀ. Reſpondeo ꝙ ſic. q̃a
nõ orant niſi in his in quib⁹ cognoſcũt
deũ ſe velle exaudiri. qꝛ volũtas eoꝝ eſt
vniformis volũtati diuine. ſic ꝙ nunꝙ̃
peccant vel q̃cꝙ̃ faciũt qđ ſit ꝯ volũta/
tẽ dei. X Ergo errãt illi q̃ hoc fir/
mitˀ credũt et diffinitiue tenẽt ꝙ q̃ñ aliꝗs
hoc ſeruitiũ vel iſtud fecerit iſti ſcõ vl
huic. ꝙ h̃ ſibi fiat. vel ꝙ ab iſta infirmi/
tate liberetˀ. qꝛ pt eẽ ꝙ de⁹ vult ꝙ illã in
firmitatẽ debes pati. vel ꝙ tibi h̃ nõ fi
at qđ petis. qꝛ forte nõ eſſet ad ſalutem
tuã. et ſci nllˀo mõ orãt ꝓ te in tali caſu.
Sʒ ſpes eſt habẽda ad ſuffragia ſcõꝝ.
ꝙ tibi h̃ qđ poſtulas ab eis. tibi impe/
trare velint a deo. Et bñ pñt tibi impe
trare ſi ſaluti tue ꝓderit. vel diuine vo/
lũtati placuerit. Tertio vt ſpes nr̃a
augmẽtetˀ. Si eni hoĩes mortales q̃n/
dam nob ſilˀes ſic ſunt ſubleuati. vt nõ
ſoluȝ a deo et ſcis in celo honorentˀ. ſʒ in
tˀris ab hoĩbꝫ venerãtur. tũc nos debe/
mus hr̃e ſpem ꝙ mediante auxilio dei
poſſum⁹ etiã mereri q̃libet in ſtatu ſuo
ꝙ hõrabimur in celo a deo. et ab oĩb⁹
venerabimur ſcis et angelˀ dei. Uerbi
grã Si es in ſtatu mr̃imoniali: reſpice
btãm Annã. ⁊ btãm Kunigundem et
beatũ Henricũ. Si in viduitate: tunc
reſpice btãm Elizabeth ⁊ Brigittã. et
ſic de alijs. Si es in ſtatu ṽginitatˀ tunc
reſpice btãm Barbarã. ⁊ Katherinaȝ
q̃ oẽs paſſibiles. ſilˀes nob. mortales fu
erũt. et tñ tãtã glˀaȝ apud deũ in celˀ me
ruerũt. Sic ⁊ q̃libet nr̃m ſm ſuũ ſtatuȝ
pt mereri mediante grã dei. ⁊ ſic multa
bona ꝯfert fidelibꝫ ſcõꝝ cult⁹. Nam iu
ſtos letificat cuȝ audiũt ꝙ de⁹ ꝓ tˀrenis
celeſtia. ꝓ tꝑalib⁹ etˀna. his retribuit q̃
ſibi ſeruiũt. Sic econuerſo cultus ſcõꝝ
peccõres ꝯfũdit. Qñ ad ſcõs ꝯꝑantˀ ap
paret ꝙ beſtijs ſilˀes facti ſint. ⁊ illi ange
lis. ⁊ quãta bona obtinuiſſent. ſi vt ipſi
deo ſeruiuiſſent Quarto proptˀ debi
tũ viciſſitudis. qꝛ gaudẽt de ſalute nr̃a
⁊ ꝯuerſione in celˀ. ſic et nos de gloria i/
pſorum in tˀris. Quia magna ingtitu/

do videret̃ eẽ angelis ⁊ alijs btis q̇ tan
ta bona fecerunt ⁊ faciunt viatoribꝫ. ab
eis ſibi nullã reuerẽtiaꝫ exhiberi. ꝓpter
qđ merito a nobis mortalibꝫ venerãdi
ſunt. Quinto ꝓpter eoꝝ dignitatẽ. q̇a
ſunt Reges ⁊ Regine regni celeſtꝫ Vñ
in ps̄ de quolibet ſancto dicit̃ Poſuiſti
dñe ſuper caput eius coronã de lapide
p̄cioſo ⁊c̃. Si Reges terreni honoran/
di ſunt h̄ in terris: multo amplius Re/
ges celeſtes. qui iam poſſident regnum
celi cũ aĩa. poſt reſurrectionẽ cũ corpore
et aĩa. cũ chr̃s dicet eis vt hr̃ Matthi
xxv. Venite bñdicti pr̃is mei. poſſide/
te regnum.

## De q̃rto precep.

Honora patrem ⁊ matreꝫ. In q̇
precepto ꝺm Aug. implicat̃ oĩs
actus beniuolentie proximo im
pendendus ſiue ex debito naturalꝛ obli
gatõis. ſicut in honore qui debet̃ patri
naturali. ſiue ex debito charitatis. ſicut
alij actus pietatis qui ex charitate ꝓxi/
mo impendunt̃. ¶ Sciendũ ꝙ h̄
p̄ceptuꝫ trãſgrediunt̃ ſex genera hoim.
Et ſunt p̄mi q̇ verecundant̃ de ſuis pa
rentibꝫ ⁊ eis ſeruire ꝯtemnunt. qđ eſt ꝯ̄
p̄ceptum dei. qꝛ tenemur humiliter ⁊ re
uerenter ſeruire parentibꝫ nr̃is tota vir
tute corꝑis nr̃i Vt ſi debiles ſunt. ip̄os
corꝑaliter portem⁹. ⁊ eis manualiẗ ſer/
uiamus. Item ſi ceci ſũt ꝙ eis ducatuꝫ
p̄beam⁹. et eoꝝ quaſcũqꝫ infirmitates
leuiter tractando. Vñ Ecc̃i. vij. Ho/
nora patrẽ tuũ. et gemitus matris tue
ne obliuiſcaris. Memento qm̃ niſi per
illos natus nõ fuiſſes Tria enĩ nobiliſ/
ſima in parentibꝫ nr̃is accepim⁹. ſ. eſſe.
nutrimentũ. et doctrinã. quoꝝ nullum
eis ſufficiẽter recompenſare poſſumus.
Vñ Ariſt. ix. eth. Dijs. Mgr̃is. ⁊ pa/
rentibꝫ non p̄t reddi equiualens Ergo
deo. q̇ nos creauit. Magiſtris. q̇ nos
docuerũt. Parẽtibus q̇ nos genuerũt.
non poteſt fieri ꝯdigna recompenſatõ.
Ergo q̇libet nr̃m ꝑpendere deberet cũ
q̄nto labore educatus eſt. et cũ q̄nta ſo/
licitudine ⁊ inquietudine ⁊ dolore nutri
tus et genitus ſit. Vñ Tobie. iij. Ho
norem habebis matri tue oĩbus dieb⁹
vite tue Memento quãta ꝑpeſſa ſit in
vtero ſuo ꝓpter te. Sic q̇libet pr̃ debe/
ret puerũ ſuũ ad hoc tenere ⁊ eũ iforma
re vt mr̃em honoraret ſicut Tobias in
formauit filiũ ſuũ. Et ſilr̃ mõ q̇libet mr̃
deberet puerũ ſuũ ad hoc tenere vt pa/
trem ſuũ in reuerẽtia hr̃et. ¶ Scđi ſũt
q̇ in corde ſuo odiũ portant ꝯ̄ parẽtes.
cũ tñ quilibet ex corde tenet̃ diligere pa
rentes. Quod eſt ꝯ̄ illos q̇ mortẽ parẽ/
tibus ſuis optãt vt hereditatẽ ꝑcipiãt
vt ſine rep̄henſione ꝺm motũ ꝓprie vo/
luntatis viuãt. qđ valde eſt rep̄henſibi
le ⁊ graue peccatũ. Quod ſic ꝓbat̃ Si
enĩ ꝺm Joannẽ qui dicit. i. Jo. iij. ꝙ il
le qui odit fratrẽ ſuũ. homicida eſt. Itẽ
alibi dicit. Qui nõ diligit fratrem. ma/
net in morte. Hoc intelligit̃ de quolibꝫ
ꝓximo. Quid tũc de illo dicendũ eſt q̇
parentes ſuos odit quos plus diligere
tenet̃. ¶ Querit̃ vtꝝ filij plus diligunt
parentes. vel ecõuerſo. Rñdet̃ ꝙ parẽ
tes plus diligũt ſuos filios. Vñ Ariſ.
viij. eth. Parentes plus amãt filios qꝫ
ecõuerſo. eo ꝙ magis ſciũt parentes qꝫ
filij ꝙ ex eis geniti ſũt. Hoc tñ intelligẽ
dũ eſt naturaliter. quod etiaꝫ eſt veꝝ cõ
muniter. licet q̄nqꝫ fallat. Ergo merito
parentes diligẽdi ſũt viceverſa a filijs.
Vñ Baſilius Parẽtes nr̃os vt ꝓpria
viſcera diligam⁹ ¶ Tertij. qui duris ⁊
aſperis v̄bis cũ parentibuſ ꝯtendunt.
quod eſt ꝯ̄ p̄ceptuꝫ ꝙ quilibet blandis
v̄bis reſpondere debet parẽtibꝫ ſuis. ⁊
eoꝝ rep̄henſiones ⁊ correctõnes patien
ter ⁊ humiliẗ ſuſtinere: Quod eſt cõtra
illos qui parentibꝫ maledicũt. et ex hoc
diuinam maledictionẽ incurrũt. Exođ
.xxi. et Leuit. xx. Qui maledixerit pr̃i
vel mr̃i. morte moriat̃. Qꝫ tales qui ſic

dure ꝛ ↄtemptibilit̃ cũ parentib⁹ loquũtur in hoc grauiter delinquunt. hoc pñt aduertere ex dictis ipius xp̃i in euangelio vt habet̃ Matth. v. Qui dixerit fratri ſuo fatue: reus erit gehenne ignis. h̃ intelligit̃ ↄfundẽdo: dehoneſtando: deridendo vel paruipendẽdo frẽm. O q̃ꝫ tunc reus erit qui p̃rem ſuũ antiquũ fatuũ nominat vl̃ ei maledicta v̄ba imp̃roperat. Vñ Eccle. iij. q̃ꝫ male fame eſt q̃ derelinquit p̃rem ꝛ eſt maledict⁹ a d̃o q̃ exaſperat m̃rem. ¶ Quarti qui parentibus in neceſſarijs non ſubueniũt cũ tamen quilibet tenetur neceſſaria vite miniſtrare ſuis parentib⁹ cũ degent Et ad h̃ tenemur ꝓpter ſcd̃m donũ q̃d ab ipis recipim⁹ naturale videlicet nutrimentũ in hoc filij non pñt reddere equalẽs: qꝛ parentes nutriuerunt filios de ſua carne ꝛ ſuba ꝓpria. Filij aũt nutriunt parẽtes de ſuba aliena. Et id̃o filij q̃ parentib⁹ in neceſſitate non ſubueniũt: peccãt mortaliter: ſicut ꝛ iſti q̃ moleſtant eos in iurijs. vt pꝫ p glo. Exodi. xx. que dicit q̄ hoc p̄cipitur q̄ filij honorent parẽtes officio pietatis ipis videlꝫ in eoꝝ neceſſitatib⁹ ſubueniendo: ꝛ ipis beneficẽtiã exhibendo. Unde Eccle. 4. Elemoſyna p̃ris nõ erit in obliuione. Et poſſu⁹ ad hoc vti exemplis inter que p̄cipuum eſt exemplũ xp̃i: qui cũ eſſet in anguſtia paſſionis: tñ non ẽ oblit⁹ m̃ris ſue: imo curã ipius habuit ꝛ ioanni eã cõmẽdauit: vt h̃r iohis. xix. Etiaꝫ ipa irr̃onalia aĩalia de hoc nobis dant exemplũ. Dicitur eñ de grue q̄ cũ pat̃ ꝛ mat̃ ei⁹ depilati ſũt: filij querunt neceſſaria donec pilos habeant vl̃ vſqꝫ moriant̃. ¶ Iteꝫ ad oſtendendũ q̄ debem⁹ parentib⁹ ſubuenire qñ ſunt ſenectute cõfecti: oſtenditur exemplo ciconiarum: de q̃b⁹ legit̃. q̄ qñ ciconie ſeneſcant filij parẽtes ſuos in nidos ponũt ꝛ velut infãtes iuxta pect⁹ ſuũ collocant fouent ꝛ nutriũt. Soli vultures parentes ſuos fame mori permittunt. Ite valde ingrat⁹ videt̃ eſſe q̃ parentibus ſuis non prouidet: q̃ndo ipſi ſibi ipis non poſſunt prouidere: cuꝫ ipſi ſibi prouiderint in puericia eius quãdo ipe ſibi ꝓuidere nõ potuit. Id̃o dicitur Ephe. 6 Filij reddite vicẽ parẽtib⁹ vr̃is ꝛ hoc eſt acceptũ corã deo. Vñ exẽpluꝫ ſcribit Valeri⁹ vbi oſtendit q̄ debem⁹ parẽtib⁹ ſubueniẽ qñ ſunt in neceſſitate poſiti. Recitat eñ q̄ quedaꝫ m̃lier nobil̃ ob q̃d dã flagitiũ fuit morti adiudicata: noluit tñ eã iudex cõburere vl̃ alia morte publica eã punire: ꝓpt̃ honorem parẽtele: ſ; incluſa eſt carceri vt ibi fame periret. Filia v̄o eius q̃ erat nupta de licentia iudicis eã quotidie in carcere viſitauit: p̄us tñ diligent̃ ꝓſcrutabat̃ ne aliquid comeſtibile ſibi afferret. Illa vero extracto vbere ſingulis dieb⁹ lacte ꝓprio m̃rem alebat Cũ v̄o iudex miraret̃ q̄ tãto tp̃e ſupuiueret: reptũ eſt ei q̃d fiebat a filia. Tũc iudex pietate mot⁹: filie m̃reꝫ donauit. ¶ Quinti q̃ ſunt parentib⁹ ſuis inobediẽtes. Quia quilibet tenet̃ honorare p̃rem ꝛ m̃rem ipis in his que ad bonũ ſuũ ꝛ ad ſaluteꝫ pertinet obediẽdo Et ad hoc tenet̃ fili⁹ r̃one tertij doni q̃d a parentib⁹ accepit: videlꝫ ſalutarem informatõeꝫ ꝛ doctrinã. Ad hoc nos xp̃s ꝓprio exemplo inducit qui ſuis parentib⁹ ſubdit⁹ fuit: vt pꝫ Luce. ij. vbi d̃r q̄ erat ſubditus illis Ergo quilibet debet obedire parentibus in licitis. ſcꝫ quando aliq̃d iubent q̃d bonũ eſt ꝛ ad ſalutẽ anime: vt ad miſſam ꝛ ad eccleſiã ire: et verbum dei audire: vel tacere vl̃ ſedere vl̃ dormitum ire: vel ſurgere: ꝛ ſic d̃ alijs licitis Vel quando prohibẽt pueris aliquod malum ſicut non chorizare vel ludere: vel de domo de nocte nõ exiẽ vl̃ ad aliquem locum inhoneſtum non accederet ꝛ ſic de alijs. Et quãdocũqꝫ aliquis ſcienter ꝛ pertinaciter contra preceptum aliquod predictoꝝ facit: peccat mortaliter. ¶ Sexti qui parentum ſuorum defunctorum obliuiſcuntur ꝛ nõ ſubueniunt: cum tamẽ quilibet tenetur

liberare ſiue ſubuenire animabus parē/tum ſuorum poſt hāc vitam: eorum animas miſſis et elemoſynis et orationibus de purgatorio liberādo. Et filijs cōtrarium facientibus conqueruntur parentes. Unde Job Quare me perſequimini: et carnibus meis ſaturamini? Et merito. Nonne qui multa bona a patre ſuo accepiſſet ſcilz ducentos vel quadringē/tos florenos: et videret eum in anguſtia vel in paupertate eſurientem: ſitientem: nudum: et ſibi in nullo ſubueniret cū tamen bene poſſet: merito infidelis eſſz cēſendus. Sic et ſimilit in propoſito iſta ſex iam dicta tenentur filij parentibus ſuis.

Quō mali filij puniunt. B

Filiorum cor perforatur quintuplici haſta diuine vltionis q ſuos parentes perturbant vel eorum indigentias nō ſubleuant: aut eorum mandatis pertinaciter recalcitrāt. Prima eſt rerum temporaliū ſubtractio: nam diuino iuditio digne talibus infortunia rerum eueniunt: qui ſuis parentibus contra diuinum preceptuz in ſuis indigentijs non ſuccurrunt. Ergo tales mali filij ſepe et frequēter depauperantur et diuitijs ſuis priuantur: et ſemper habebunt infortunia in temporalibus rebus: et hoc meruerunt in parētibus: quia tales filij quandoqz captiuā/tur vel etiam quandoqz ſpoliantur a raptoribus. Uel etiaz quādoqz bona eorum igne comburuntur et ſic de alijs infortunijs. Secūdo puniūtur in filijs proprijs et hoc dupliciter. Primo quia ipſi filij quandoqz eis moriūt ppter inhonorationem parentum. Exemplum in ceſario de illo qui inhonorauit matrem ſuam et filij eius omnes in breui defuncti ſunt. Secundo ſi filij ſuperuixerint: tunc quandoqz cōtingit vt talis in ſua ſenectute filios ſibi duros inueniat. Et hoc multotiens iuſto dei iuditio pmittitur. Unde legitur q quidam patria/milias totam hereditatem ſuaz dimiſit filio ſuo. Filius vero ille primo benigne ſe habuit erga patrem. ſed poſt expulit eū a thalamo ſuo volens thalamū ſibi habere et vxori ſue Et ad vltimum fecit ſibi lectum fieri poſt oſtium: et cuz hyems eſſet et ſenex pater frigore grauaretur. qz filius abſtulerat ſibi bonum coopertorium. ipſe rogauit filium filij vt rogaret p eo q daret ei aliquid ad tegēdum ſe. Puer aūt vix obtinuit duas vlnas butelli a patre ſuo ad opus aui ſui. Et cuz alie due remanēnt: puer flendo rogauit eum vt ſibi eas daret. Qui fletib illius victus: cū q̄reret q̄d inde faceret? Filius reſpōdit. Seruabo illas quouſqz talis ſis qualis et pater tu: nec dabo tibi amplius ſicut tu modo non vis dare patri tuo. Tertio puniuntur in corpore pprio: quia quādoqz tales filij incurrunt cecitatē. Unde Hieronymus ſuper illo verbo Honora patrem et matrē. Meretur cecitatē ſue ſubire ſupplicium qui parentum vultum toruo viſu deſpexit et elatis oculis leſerit pietatem Item qñqz īcurrunt claudicationem ariditatem et infirmitates diuerſas: quia non fuerunt parentibus cum corpore quod ab eis receperunt Quarto quādoqz puniuntur per abbreuiationem temporalis vite. Nā ſicut premium parētes honorantium eſt vite longeuitas. vt patet Eccleſiaſt. iij. Qui honorat patrē ſuū: vita viuet longiori. Sic a ſenſu contrario ipſos dehonorantium eſt vite breuitas: quia plurimi tales filij proterui improuiſa et ſubitanea morte moriuntur. Unde pſ. Subito defecerunt: perierūt propter iniq̄tatem ſuam Quinto puniuntur eterna morte. hoc malum eſt ſuper omne malum. Unde glo. ſuper illō Exo. xxi. Qui maledixerit patri vl matri: morte moriatur: dicit q morieī morte eterne damnationis. Nec miruz ſi tales reputantur indigni vita eterna: qui etiam reputātur indigni hac vita pena

lis miſera: que eis diuino iudicio repentine ſubtrahitur: cum tamē alijs peccatoribus vita ad penitentiam cōcedatur. Et ex hoc pōt rationabiliter colligi q̄ntus ſit reatus tranſgreſſionis illi⁹ quarti precepti: quia contra hoc preceptum peccantes eximuntur a ſentētia pietatis ipſius dei: que dicitur de ceteris peccatoribus. Nolo mortem peccatoris ꝫ cē. De iſtis aūt propter repētinam mortē qua plectuntur per diuinam ſententiā dici poterit econtrario. Nolo vitam peccatoris ſcilicet hoc preceptum tranſgredientis: ſed vt repente moriatur ꝛ eťnaliter puniatur. Exemplum ꝙ grauiť punit deus filios impios. Quidam diues fuit qui cum vxore ſua ceſſit omnib⁹ bonis vnico eius filio. vt ille duceret ſponſam ditiorem. filius autem fideliter promiſit patri ꝛ matri ꝙ abundanter q̄ꝫdiu viuerent eis prouideret. Seperatiꝫ itaqꝫ patre ꝛ matre habitātibus: primo ſatis abundāter prouidit fili⁹ ipſorum ipſis. Tandem cum deſponſaſſet quandam iuuēculam clauſit viſcera pietatis ꝛ nimis eis tenuiť procurauit. Quodaꝫ die dominico vidit mater carnes ferri in domū filij. Et dixit mater marito. Diu eſt ꝙ parum de carnibus comediſtis. ite hodie ad domum filij noſtri ꝛ inuenietis ibi bonam aſſaturam. Tempore igitur prandij pater venit pulſans ad oſtiū: ſtatimqꝫ filius impijſſimus aſſaturaꝫ quā iam ad comedendū in parteſ diuiſerat abſcondit. Intrante autem patre interrogauit filius quid vellet? Reſpōdit pater. Volebam hic prandere putans ꝫ aliquid bonum paratum eſſe. Ait filius Vides quid habem⁹: accipe duos denarios: ꝛ eme tibi ꝛ matri mee qᵭ comedatis. Exeunte patre: oſtium clauſuꝫ ē ꝛ aſſatura reportata: cuius fruſtrum cū ad comedendum ori applicaret: verſum eſt in bufonem: ꝛ inſiliens in facieꝫ eius ſic ei adheſit vt pedes ſuperiores cū duabus maxillis vna caro fieret ꝛ reliquum corpus corā ore ipſius dependeret. Statimqꝫ vocato p̄ſbytero p̄ſentatus eſt archiep̄o peccatū ſuum confitens ꝛ rē geſtam p̱ ordinem narrans. Archiep̄s autem ei ꝑ penitentia iniūxit vt iret ad omnes maiores villas ꝛ ciuitates francie. ꝛ conuocatis iuuenibus ꝛ pueris factum narraret ne quiſqꝫ auderet de cetero parentes ꝯtemnere: ſed ſicut p̄cepit dominus in quarto p̄cepto honorare. Eo tēpore frater Joannes de magno ponte ordinis p̄dicatorum vidit illum pariſi⁹ cū multis pueris ꝛ hoībus.

Exem

¶ Parentes teneňť ſex filijs ſuis.

Sequitur videre que parentes tenentur filijs. Pro quo ſciendū ꝙ parentes tenentur ſex filijs. Primo debent eos ad hoc inducē vt offerant deo innocentiam ꝛ puritateꝫ ſuā cum pueris innocentibus qui ſanguinē ſuum propter chriſtum fuderunt. ꝛ hoc fit quando filij in pueritia incipiūt deo ſeruire. Threñ. iij. Bonū eſt viro cum portauerit iugum domini ab adoleſcētia ſua. Et hoc ideo: quia bonitas infigiť in cor pueri quod habet tenerū ſubiectum. Unde dicit Ariſto. ꝙ aīa pueri eſt tanqꝫ tabula in qua nihil eſt depictū vel ſcriptum: tamē apta depingi. Et ergo quicquid primitus receperit in ſe puer ad hoc ſemper poſtmodum inclinať ſiue ſit bonum ſiue malum. Exemplum reale de teſta ꝛ cipho in quem ſi p̄mitus infunditur liquor p̄cioſus. ſ. balſamus ſaporem illum ſemper tenet. Si autem primitus fetor infunditur: tunc eundeꝫ saporē ſemper tenebit. Itē puer eſt tāqꝫ cera mollis in quam ſpecies ſigilli faciliꝰ imprimitur. Item eſt ſicut virgula recens: que cito flectitur et faciliter ad quamcunqꝫ partem. ¶ Item informare debent eos de bonis ſalutaribus: ſicut ſunt pať noſter. ꝛ ſymbolum: ꝛ p̄cepta dei quomodo ea ſeruare oporteat vnumquēqꝫ qui ſaluari vult. Unde Matth. xix. Si vis ad vitam ingredi: ſerua mā

data. Et in ſignũ huiꝰ tunc ꝑcepta ſũt ſcripta in manibus ꝛ pedibus noſtris. ſcꝫ ꝑ decem digitos ꝛ per decẽ pedicas: ne obliuiſcamur ꝑcepta dei. Itē infor/mandi ſunt vt deum timeant: quia ſm pſal. Initiũ ſapientie timor dñi. Unde Iſido. Timor expellit pccm: timor re/primit vitiũ. timor cautũ facit hoiem at/ꝙ ſollicitũ. Uñ etiã Bernardus in tra ctatu de ſeptẽ donis Connexa ſunt qui dem timor ꝛ religio: nec vnũ manere pt ſine altero: qꝛ ſine timore dei. hõ non ꝑ/ſeuerat in bono nec ſaluaẜ. Uñ ſcptũ ẽ: Si non inſtanẜ in timore dei tenueris te: cito ſubuerteẜ domꝰ tua Ergo ſcdm Auguſtinum de vbis dñi ſmone. 47. Deꝰ timendꝰ ẽ in publico: timendꝰ eſt i ſecreto: cum procedis viderꝭ: ꝛ cũ itras in cubiculũ videris ab eo. Quia qcũꝙ deum ſemp pre oculis haberet: nũquã vel raro peccaret. Unde ſalomon bene dicit. Beatus homo qui ſemper eſt pa uidus. Item informandi ſunt ꝙ deum ament ꝛ ſibi regratienẜ de beneficijs ſu/is: ꝛ principaliter de paſſione ſua Unđ Anſelmꝰ. Fateor domine ꝛ gratias ago quia me creaſti ad imaginẽ tuã: vt tui memor ſim: te cogitem: te diligam: te in telligam. Unde etiã Chryſo. Quicqđ potes debes creanti ꝛ redimenti ꝛ vocã ti te. Quia valde eſt homi fructuoſum ꝛ deo acceptum pre alijs operibus ꝛ ſer uitijs que exhibenẜ deo. deuote memo/rari paſſionis eius. Unde Albertꝰ ma gnus ordinis predicatorum. Simplex recordatio ſeu meditatio paſſiõis Ihu xpi plus valet ꝙ̃ ſi integrum annum ie/iunaret quis in pane ꝛ aqua vel ſi quot tidie virgis vel flagellis cedereẜ vſqꝫ ad effuſionem ſanguinis: vꝉ ſi quottidie le/geret vnum pſalterium. Item informã di ſunt vt ecclĩam libenẜ viſitent. exem/plo pueri xpi: qui cũ eſſet duodecim an/noꝝ aſcendit cũ parentibꝫ ſuis in ihrl'm a nazareth: que ciuitas ſita ẽ in galilea. et multũ diſtat a ihrl'm. Et ibi debent audire miſſã ꝛ ꝑcipue vbũ dei: qꝛ vbũ dei eſt cibꝫ aĩe. Uñ dr Math. 4. Non in ſolo pane viuit hõ. ꝛc. Uñ Greg. Ci bus mentis eſt vbũ dei. Unđ caniẜ de ſctõ Nicolao adhuc puerulo. Quecũꝙ de ſacris ſcpturis audire poterat. arma rio pectoris recõdebat. Bonum eñ eſt pueris cũ adhuc pueri ſũt audire vbũ dei: qꝛ ſine fructu nõ cedet. Uñ ꝓpha. Eſa. lv. Uerbũ meũ non reuerteẜ ad me vacuũ. Ex his ſequiẜ ꝙ vix vel nũꝙ̃ ita pueri ſi erũt q̃ audiũt a iuuẽtute vbũ dei. ſicut illi q̃ ſic educanẜ vt nec đ dõ au diãt nec quicꝙ̃ ſalutis addiſcant: qꝛ ta/les nihil vt cõmuniẜ operanẜ niſi que vi dent ab alijs fieri. Sꝫ heu plura mala vident ꝙ̃ bona. ergo heu in peius ꝓfi/ciunt. Et ſciendũ ꝙ quando puer talis libenter audit vbũ dei: ſignũ eſt ꝙ deus in eo eſt ꝛ ad deum pertinet Uñ Iohis 8. Qui ex deo eſt: verba dei audit Sic econuerſo quãdo non pt de deo audire loqui: ſignum eſt ꝙ expulit deum a ſe. Itē ſeruiciũ taliũ innocentiũ eſt dõ mlẜ tum acceptũ: qꝛ illi qui in innocẽtia deo offerunt: vinũ puꝝ bonũ ꝛ optimũ deo offerunt. Sed inueterati dierum feces deo offerunt reſpectu iuuenum: ſꝫ tamẽ deus hoc non ſpernit ex ſua miſcđia et bonitate. Item ſecũdo ſunt filij informãdi a parentibꝫ qũo ſe habere de beant quo ad ꝓximos quibus tria te/nẽtur. Primum ꝙ eos diligant ꝛ fideli/tatem fraternam eis exhibeant. ꝛ ſi ſũt pauperes ꝙ eis ſint miſericordes ꝛ eis cõpatiantur in miſerijs ſuis vt cũ tales filij ſenuerint dicere poſſint cũ Iob. xxi. Ab infantia creuit mecũ miſcđia ꝛ miſe/ratio. Et non debent deſpicere nec de/ridere pauperes: quia quicquid fit eis chriſtus ſibi reputat eſſe factum. Un/de Matthei. xxv. Quicquid vni ex mi/nimis meis feceritis: mihi feciſtis. Ra/tio autem quare paupes nõ ſũt deridẽ/di: quia quilibet cogitare debet ꝙ talis fieri poteſt ſi deus ſuper eũ fieri permiſe

rit. ſcʒ cecus claudus vł leproſus Et illi
qui a iuuentute ſunt miſericordes beati
ſunt. Vnd Matthei. v. Beati miſeri/
cordes: qm ipi miſcdiam conſequent.
Et tales habebunt bonū finem vite.
Vnd Hiero. in epiſtola ad nepotianū
Nō memini me legiſſe mala morte mor
tuum: qui libenter opa pietatis exercu/
it. Habet em̄ multos interceſſores. ꝛ i/
poſſibile eſt preces multorum non exau
diri. Scd̄o tenentur ꝓximis vt eis dā/
na non inferant neqꝫ in rebus neqꝫ in fa
ma: quia quicunqꝫ infert ꝓximo ſuo dā
num in rebus: tenetur ad reſtitutōem: ſi
ue furando: ſiue ludendo ex auaritia: ſi/
ue alias iniuſte lucrando. Vnd Augu
ſtinus. Peccatū non poteſt dimitti niſi
reſtituatur ablatum. Et hoc non ſoluʒ
intelligitur de rebus in magna quātita
te: ſed etiā de paruis rebus Verbi gra
tia. Si iuiſſes ad pratum ꝓximi tui et
accepiſſes ei contra voluntatē ſuaʒ vnū
pānum plenum cum graminibus: tūc
ſiue re peniteas tenerꝭ ſatiſfacere ſm cō/
ſilium confeſſoris. Ergo parentes īfor/
mare debent filios ne damna inferant
ꝓximis: ſiue in pratis ſiue in ſegetibus:
ſiue cum pecoribꝰ: ꝛ ſic de alijs De hac
materia quere infra ſeptimo. B. et duo
extra ibidem. Item informandi ſunt ne
detrahāt ꝓxis denigrādo famā ꝓximi
quia tales tenentur ad reſtitutiōeʒ ſicut
iſti q̄ habent res iniuſtas. ergo iſta duo
peccata. ſcʒ rerum iniuſtarum ablatio ꝛ
detractio magis difficulter dimittūtur.
Quia nō ſufficit confeſſio ꝛ contritio ni
ſi fiat reſtitutio ſcd̄m poſſibilitatē hoīs.
Vnd Hiero. Non facilis venia praua
dixiſſe de rectis. Iteʒ tenentur ꝓximis
indulgere offenſas: vt eis deꝰ indulge/
at ſua peccata. Vnde Luce. vi. Dimit
tite ꝛ dimittet vobis. Qui āt nō dimit/
tit ꝓximo in corde: talꝭ non pt̄ ſaluari. et
oīa bona opera ſua que interim facit nō
ſunt a dō accepta Vn̄. i. Johīs. 3. Qui
odit fratreʒ ſuū: homicida eſt: ſupple ſui
ipſius ¶ Tertio informādi ſunt qūo ſe
habere debeāt quo ad ſeipos. ſ. vt cor/
pus ſuum mūde teneāt ꝛ caſte viuant.
Vn̄ dixit Thobias filio ſuo. Attende
fili ab omni fornicatiōe. Et rō huiꝰ eſt
quia om̄is fornicatio preterqꝫ in matri
monio facta: ſemꝑ eſt peccatū mortale.
Unde apl's. Om̄is fornicator aut im/
mūdus nō habet partem in regno dei.
Ergo pueri debent ſeruare ſuā virgini/
tatem vſqꝫ ad matrimoniū vt in virgi/
nitate ſimul conueniāt In ſignū huius
adam ꝛ eua quādo matrimoniū incho/
abant virgines fuerūt.. Et tales pueri
ſic caſte viuentes ducūt angelicam vitā
Vn̄ Ambro. Qui nō nubūt ꝛ vxores
non ducunt ſicut angeli in terra ſunt.
¶ Quarto parētes tenentur filijs dare
bonū exemplū. ꝛ hoc eſt valde vtile. vn̄
Grego. Nunqꝫ peccatores ad lamentū
penitētie redirent: ſi nulla eſſent bonoꝝ
exempla q̄ eoꝝ mentē traherent. Ergo
ꝯmuniter loquēdo quādo parētes bo/
num exemplū prebent filijs: tūc filij ta/
les efficiunt magis virtuoſi. ꝛ ꝓ hoc ta/
les parētes multū merent. Vn̄ Ceſari
us. Quātis exemplum vere humilita/
tis ꝛ ꝑfecte charitatis oſtenderis cū tan
tis ꝛ ꝓ tantis eterna premia poſſidebis
Sed heu aliqui parentes informāt fili
os ſuos ad malum verbo ꝛ exemplo: in
quo deū grauiter offendūt. Verbi gra
tia. ſicut chorizare: grauiter incedere: ꝛ
deum blaſphemare. ꝛ ſic de alijs Et ta
les rei erūt omniū peccatoꝝ illoꝝ que ex
mala informatione vel malo exemplo fi
lij ſic addiſcunt. Ergo q̄ te ꝑmitus ſup/
biam docuit: ꝓnceps erit omniū pecca/
torum illoꝝ que chorizādo vel al's ſup/
be incedēdo ꝑpetrabis. ꝛ ſic de alijs pec
catis. Item de illis parētibus q̄ veſtes
pompoſas ſuis filijs emūt, dicit Guil/
lugdunenſis. Qui filias ſuas ornāt vt
eas ad choreā mittāt q̄ſi feſtucā vngūt
vt eo meliꝰ ardeat. Itē aliq̄ parētes fa/
ciūt pueros ſuos ebrioſos potādo eos

lo ⁊ in terra. Reſpondetur ꝙ hoc habet
triplici ratione Et hoc patet ex eo ꝙ q̇s
poteſt apď aliquē regē terrenum habe/
re magnum poſſe:aut ratione parente/
le:aut ratione gratie inuente circa illum
regem:aut ratōe beneficij quod exhibu
it illi regi. Iſta triplici ratione beata vir
go apud regem celeſtē obtinuit magnū
poſſe. Primo ratione parentele: quia ē
mater regis eterni. Et ideo merito ha/
bet magnum poſſe tanq̄ꝫ matꝫ regꝫ cele/
ſtis. Hoc ſignatuꝫ eſt.iij. Regꝫ.ij. vbi
dixit ſalomō. Berſabee matri ſue Pete
mater mea:neq̄ꝫ em̄ fas eſt vt auertaꝫ fa
ciem meam a te. Scďo habet magnuꝫ
poſſe rōne gratie inuente. Unď dixit eī
angelus ī annunciatōe Inueniſti enim
gratiam apud dominū Et non tantum
apud deum īuenit grām:ſed etiam apď
totum mūdum. Unde Bernardꝰ Un
de dicitur Maria gratia plēa:quia ďo
angelis ⁊ hominibus eſt grata:ďo ꝑ hu
militatem:angelis per ꝟginitatem:ho/
minibus per fecunditatem Tantā gra
tiam apud deum inuenit ꝙ eam ab et/

no ſibi i mr̄ez elegit. ¶ Itē tātā grāz in/
uenit ꝙ oēs petitōes eius exaudit. Vñ
iij. Regum. ij. Ome qđ petieris a me:
impetrabis. Illa vero dixit ſalomō ma
tri ſue: ſic ⁊ xp̄s đr matri ſue. Tertio hȝ
magnū poſſe rōne meriti. Quia ip̄a ſuꝑ
oēs puras creaturas merita cumulauit
Pro quo ſciendū ꝙ eius merita ſūt no/
bilia magna ⁊ multa. Primo dico nobi
lia ꝓpt̄ imediatiōem. nā opera miſcđie
q̄ nos iubemur pauperibus exhibē: ip
ſa imediate in ip̄m deum exercebat Ip
ſa enim cum lacte ſuo potauit ⁊ pauit.
Hoſpitio vteri ſui hoſpitauit: veſtiuit
euȝ humanitate. ſcȝ corpore: quod đ pu
riſſimo ſanguine eius factum eſt coope/
ratione ſpūſſancti. Iacentem in cunis:
pendētem in cruce tanq̄ȝ in carcere viſi/
tauit: quia iuxta crucē ſtetit: ⁊ ſepultuē
eius interfuit. Sed quia oꝑa miſcđie q̄
nos facimus pauperibꝫ ⁊ exhibemꝰ ip/
ſa imediate in ip̄m deum exercebat:
Ergo eius merita ſūt nobiliora meritꝫ
noſtris. Scđo fuerunt eius merita ma
gna ꝓpter duplatam operatōem. qꝛ ſi/
mul ⁊ ſemel contēplatōem ⁊ actionē ex/
ercebat. Nam in eo ꝙ nutriuit ih̄m ne/
ceſſaria corporis miniſtrādo: in hoc ip/
ſa intendit deo: eius deitatē ſublimiter
contemplādo. Tertio eius merita fue/
runt multa ꝓpter continuatiōem: quia
ſine ceſſatione meruit: ⁊ merita cumula/
uit. Sed diceres: qūo ſemꝑ meruit: nō
ne aliqñ comedit ⁊ bibit ⁊ dormiuit? Re
ſpondeo ꝙ illa oīa neceſſaria corporꝫ ita
diſcrete ordinauit: ꝙ etiam ceſſando ab
operibus ⁊ quieſcendo ſemꝑ meruit: et
hoc ex feruenti charitate. Et hoc nō eſt
mirum: quia nobis eſt poſſibile ſemper
mereri in omnibꝫ que facimus vl̄ dimit
timus. cum in gratia dei ſumus ⁊ oīa
ad deū referamus. Vnđ apl̄s Ro. 8.
Scimus qm̄ diligentibꝫ deum omnia
cooꝑantur i bonum. In hoc etiam pre
cellimus ſctōs i celo exiſtentes. qꝛ nihil
amplius mereri poſſunt. Sȝ nos poſ/
ſumus in p̄ſenti vita ſemꝑ mereri. Ver
bi grā. Si comedis ꝓpter confortatōeȝ
nature: ⁊ cum gratiarū actione cibus tu
us laudat deum: ⁊ ſic comedēdo mere/
ris coronā vite eterne. Si dormis iten/
tione ea vt fortior fias ad ſurgēdū ⁊ ſer/
uiendum deo dormiēdo mererꝫ. Gregꝰ.
Somnꝰ ſctōꝝ non vacat a merito Itē
ſi laboras manualiter ea intentōe vt ha
beas vnde te ⁊ vxorem tuam ⁊ pueros de
iuſtis bonis nutrire valeas. vt non indi
geas furari: nec quicq̄ȝ iniuſte lucrari vl̄
ſi laboras vt penitentiā Ade humano
generi iiunctaȝ ꝑficias. Et quandocun
q̄ȝ haꝝ trium intentionū vnam habes:
⁊ ſic in gratia laboras: ſemꝑ mereris in
quolibet opere coronā vite eterne. Er/
go piſtor non p̄t pinſere panem quin n̄
mereatur coronam. Similiter faber ſu
tor ruſticus ⁊ ſic de alijs laborātibꝫ. Et
pro vno die in quo fideliter laboraſti ha
bebis maius premium q̄ȝ totus mūdꝰ
valere poteſt. Vnđ pš. Labores ma/
nuum tuaꝝ qꝛ manducabis. ⁊c̄. Vnde
Bernardus de conſideratōe Si labor
occurret merces inuitet vnuſquiſq̄ȝ enim
ſm ſuum laborē mercedē accipiet. Vn
de Ambroſius. Breuis huiꝰ laboris ē
meta: ſed corona ꝑpetua. bb ¶ Ter/
tio ſciendum qualiter beata virgo adiu/
uat. Ip̄a quidem iuuat hoīem in omni
ſtatu. ſcȝ in vita: in morte: ⁊ poſt morteȝ.
Vnde canitur de ea. Maria mat̄ gra/
tie mater miſcđie. ⁊c̄. Adiuuat quidem
in p̄ſenti vita tam malos q̄ȝ bonos Bo
nos. ſcȝ eos in gratia confortando ⁊ eis
gratiam augmentādo. Ideo đr. Ma/
ria mater gratie. Malos vero ad miſe/
ricordiā ⁊ penitētiam reducendo Ideo
dicitur Mater miſcđie. Circa qđ querit
tur. Vtrum ip̄a vel eius filius ſit magꝫ
miſericors. Reſpondeo ꝙ filius eius:
quia ſicut eſt infinite potentie: ſic eſt in/
finite miſcđie. Vnde pš: Miſeratiōes
eius ſuper omnia opera eius. Sed ip̄a
dicitur mater miſcđie: quia ſemper mi/

ſericorditer agit. Sed filius eius eſt iu/ſtus ⁊ miſericors in omnibus operibus Ideo dicitur. Mater miſericordie Ad iuuat etiã in morte ab inſidijs diaboli protegendo Idõ ſubditur. Tu nos ab hoſte protege. Adiuuat etiã poſt mortẽ animas in ſuis manibus ſuſcipiendo ⁊ in celum deducẽdo. Et ideo ſubdit Et in hora mortis ſuſcipe. cc ¶ Quarto ꝓpter quid nos adiuuat. Pro quo ſciendum ꝙ virgo glorioſa iureiurando tenetur ⁊ obligatur nobis peccatoribus miſe͞diam ⁊ grãm exhibere vt nullo mõ valeat a nobis continere miſe͞diam. Etiã ſi vellet iuſto dei iudicio conuincit opor/tere gratiam nobis dare. Et hoc ꝯtiu/git triplici ratione. Primo conuincit nobis gratiã exhibere ꝓpter ipſius gratie inuentõem. Humanũ em̃ genus in lapſu primorum parẽtum gratiam perdidit: quam angelo teſtante Maria inuenit. Sic em̃ ait angelus vt habet Luce.p̊. Inueniſti em̃ gratiã apud dominũ Iuſtũ autem eſt tam in iuditio eccleſiaſtico ꝙ̃ ciuili vt qui rem alterius inuenit ei reſtituat cuiꝰ erat. Et ſic ꝑ iuſtam ſententiam cogitur maria nobiſ peccatoribꝫ qui gratiam perdidimus reſtituere velit no/lit. Secundo cogitur nobis miſereri, ꝓpter maternum affectum: nam ex eo ꝙ eiꝰ filiꝰ dignatur dici ⁊ eſſe frater noſter. iuxta illud pš. Narrabo nomen tuum fratribꝰ meis. Itẽ in euangelio dr̃ xp̃s Magdalene. Vade ⁊ dic ad fr̃es meos. Item aſcendo ad patrem meũ ⁊ patrem veſtrum. Ex hoc iuſta ratione co/gitur eſſe mater noſtra. Scimus autẽ ꝙ omnis mať diligit filios ſuos. Un/de ſicut ihũs chriſtus ſcd̃m deitatẽ naturalis eſt filius patris: ⁊ om̃es electi filij adoptiui. Sic a ſimili ieſus chriſtus ẜm humanitatẽ eſt filius virginis ma/rie: ⁊ nos eius filij ex materna affectiõe Hinc eſt ꝙ Luc.i. dicit: Peperit filiũ ſuum primogenitũ: quia primogenitꝰ eius filius iuſto ordine dicitur reſpectu noſtri qui poſt illũ eius filij ſumus Ex hac autẽ materna affectiõe cogitur habere curam noſtri. Scimus ꝙ oĩs mater aĩalium volucrum ſerpẽtum etiam quãtũcunq; venenoſam habeant fero/citatem: diligit tamẽ immo cogit diligere fetum ſuum. Qꝫ ſi tam fortis eſt na/tura vt om̃is creatura ex virtute materna cogit velle bonum filijs ſuis: multo magis diuinus affectus in matre dei cogitur nos amare. quia filius dei q̃ in miſericordia venit in eius vtero: immo qui miſericordia dicit ⁊ eſt. Ipſe fecit eiꝰ viſcera in eternum miſericordiam redole/re. Hinc Bernardus. Qui pomum in manu habuerit ꝑ medium diem: ꝑ reli/quam partẽ diei manus redolet odorẽ Sic a ſimili. quia miſericordia que deꝰ eſt in eius viſceribus nouem menſibus requieuit. ideo eius viſcera redolẽt miſericordiã in eternum dd ¶ Tertio cogit nobis miſereri ex filij recomenda/tiõe. Ad hoc em̃ elegit filius marie tp̃s et locum aptiſſimũ quo nos recõmẽdaret matri: hoc eſt tẽpus paſſionis ⁊ lo/cũ paſſionis quo dixit. Mulier ecce fili/us tuus: vt ex loco ⁊ tẽpore ipam recõ/mẽdationẽ ei ꝓfundius inculcaret. Nã noĩe iohãnis qui interp̃tať grã: omnes p̃ctõres cõuerſi ad dñm intelligunť q̊s in illo loco ⁊ tẽpore matri recõmendare voluit: vt cũ ira dei iuſto dĩ iudicio egrederet ad puniẽdum ⁊ damnãdum pec/catores: ipa memor loci ⁊ tẽporis paſſionis ꝑ nobis affectuoſius interpellaret ac ſi in illa cauſa ſeu recõmẽdatõe filius eius ei diceret illud Eſaie.xvi. Abſcon de fugientes ⁊ vagas ne ꝑdas. ac ſi di/cat. Vide mater oculis cordis ⁊ corpo/ris quot quantũ ⁊ qualia ꝑ peccatoribꝫ patior. ⁊ eos tibi habeas recõmẽdatos Licet hec multa ⁊ magna ſit valde mi/ſericordia matris chriſti ſup peccatores tamen maior eſt miſericordia filij: vt po/te quia ipe eſt miſericordia habẽs miſericordiã eſſentialiť in infinitũ: affectuo/

ſiuis cupiens nos ſaluari q̄ꝫ damnari.
Et ideo matrem ſue paſſioni itereſſe vo
luit: vt per ſuam interceſſionem (cui nō
eſt fas aliquid denegare) occaſionē ha
beat miſerendi. Qꝫ aūt Maria ſollici/
ta ſit reconciliare peccatores: patet ꝑ ta
le exemplū ee ¶ Fuit quidā peccator
volens ire ad peccandū. ad altare bea
te virginis ſtabat ſalutans eam angeli/
ca ſalutatione. Quia modus eius erat
quandocunqꝫ poterat altare vel imagi/
nem virginis ſalutauit. Quod cū face/
ret: vidit imaginem eiuſdem virginis q̄
ſup altare erat viuificari cum pueo quē
tenebat. Viditqꝫ ſanguinem fluē ꝺ pu
ero in gremiū eius: ſicut fluxerat de vul/
neribus chriſti in cruce. Quod cum cer/
neret obſtupefactus eſt dicens. O dn̄a
quis fecit hoc? Et beata v̄go reſpondit
Tu ⁊ ceteri peccatores qui amplius cru
cifigitis me ⁊ filiū meum q̄ꝫ fecerant iu/
dei. Volebatqꝫ v̄go ſanguinē pueī ter
gere ⁊ reſtringere: ſed nō poterat Et pec
cator ille conuerſus ad imaginem dixit
O mater miſericordie intercede ꝓ me.
Et illa Vos peccatores vocatꝭ me ma/
trem miſericordie qui non ceſſatis face/
re me matrem miſerie ⁊ triſtitie: Et ille
Non ſic pijſſima domina loquere: ſꝫ me
mento aduocatam peccatorꝫ te eſſe ⁊ int̄
cede pro me. Et mater ad filiū. O pijſ/
ſime fili amore mei miſerere huic pecca/
tori. Et filius. Nō mater. Nec grauari
debes ꝙ te non audio: quia ego rogaui
patrem meū p̄mo ſi poſſibile foret aliter
humanum genus ſaluari transferret a
me calicem paſſionis. Et noluit audire
me. Et mater O fili memento ꝙ te ma
terno amore foui ⁊ alui vberibus ⁊ pec/
tore meo. ⁊ cōdona huic peccatori Et fi
lius. O mater ex iuſticia tibi oſtendo ꝙ
exaudire te non teneor. Et mater. Nō
ſm iuſticiam cauſemur: ſed ad miſericor
diam confugimus. Et ergo ꝓpter tuā
miſericordiam miſerere huic peccatori.
Et filius: rogaui ego ſecūdo p̄rem meū
vt ſi poſſibile foret alio modo genꝰ hu/
manū ſaluari trāſferret a me calicē paſſi
onis ⁊ nō audiuit me. Et mater. O fili
memēto laborū quos ſuſtinui tecum: ⁊
dona mihi iſtū peccatorē. Et fili O ma
ter noli grauari ꝙ te nō exaudio: ſed me
mento ꝙ tertio rogaui patrē meū vt trāſ
ferret a me calicē paſſionis ⁊ nō exaudi
uit me. Et pia mater depoſuit filiū ⁊ vo
luit ꝓcidere ad pedes eius. Quod cer/
nēs filius inq̄t ad eā. Quid eſt mater
qꝺ facere vis? Et illa. Tamdiu ad pe
des tuos cū peccatore iacebo quouſqꝫ
veniā ei cōcedas. Et filius. Abſit hoc
mater: ſancitū eſt in lege diuina ꝙ filiꝰ
debet honorare matrē. Et iuſticia con/
cludit. ꝙ ille legem debet implere qui le
gem dedit. cum aūt ego ſim filius tuus
et tu mater mea te honorare volo in iſto
peccatore: ⁊ ſibi ꝓpter te om̄ia peccata
indulgeo. ⁊ ſic pax erit inter me ⁊ eum.
et in ſignum pacis oſculet vulnera mea
Et ſic peccator oſculando ſanauit om/
nia pij chriſti vulnera.

## De quīto p̄cepto

NOn occides A In q̄ pre
cepto ꝓhibetur homicidium
a quo peccato p̄mo deberꝫ co
hibere homines hoc qꝺ ip̄m
eſt contra naturam: Docuit em̄ natura
aīalia ꝙ deberēt diligere ea que ſtꝫ eiuſ/
dem ſpeciei cum ip̄is. Unde Eccī. xiij.
Omne animal diligit ſuum ſimile Vn̄
mirum eſt quomodo homo vult occide
re ſuū ſimile ſcꝫ alium hominem. cū na/
tura doceat vnum lupū amare alium.
Sic ſimiliter intelligendū eſt de homi/
ne ꝙ naturaliter ⁊ ex inſtīctu nature de
beret diligere alium hominē ſibi ſimilē
Vn̄ Areſtoteles octauo Ethicorꝫ Om
nis homo omni homini naturaliter eſt
amicus. Ergo talis peccat cōtra natu

 

ram humanam ei inditam. Inſup pec-
cat ɔtra rationē humanā. Dictat enim
ratio hominū ꝙ non deberet facere alij
quod ſibi odit fieri. vtz Thobie. iiij.
Unde cū ipe homo ſup omīa naturali-
ter abhorret mortē. ideo ipe ſup omīa
cauere deberz ne mortē alij inferret Uñ
ɔmētator ſecūdo de aīa. Omē natura-
le deſiderat ꝑmanentiā ⁊ eſſe ¶ Scdo
deberet cohibere homines ab hoc pec-
cato: qꝛ peccatū h diabolicū eſt ⁊ diabo
lo aſſimilatur. Unde Johis. viij. Ille
homicida erat ab initio. Diabolus ab
initio homicida fuit ſuꝑpſius: ⁊ cōſeqn-
ter Ade ⁊ Eue ⁊ totius humani gene-
ris. Uñ Auguſtinus. Diabolus ē hu-
mani generis inimicus inuētor mortis.
B ¶ Tertio deberet cohibere. quia
eſt vnum de quatuor peccatis q̄ dicunt
ad dominū clamare. Et primū horum
peccatorum eſt oppſſio puerorum inno
centum. Unde Exodi ſecundo. Aſcen
dit vox filiorū iſrael ad dominū. Ergo
ſumme cauendū eſt cuilibz: ne pupillos
et orphanos ⁊ viduas innocēter oppri-
mat vel eis aliquā iniuriā faciat. Secū
dū eſt peccatū zodomitarum Uñ Gen.
xviij. Clamor zodomitarū ⁊ gomorreo
rum multiplicatus eſt. Tertio detentio
mercedis mercenarioꝝ. Unde Jacobi
vltimo. Ecce merces operarioꝝ veſtro-
rum que fraudata eſt a vobis clamat. ⁊
clamor eius itroiuit in aures domini ſa
baoth. Quartum eſt homicidiū proxi-
mi. Unde Geneſ quarto. dixit dñs ad
Cayn; Ecce vox ſanguinis fratris tui
Abel clamat ad me de terra. Sic iā po
teſt deus dicere ad quemlibz homicidā
Ecce ſanguis innocēter a te effuſus cla-
mat ad me de terra requirens vindictā
ſuper te. Item patet ex hoc ꝙ ſit vnum
de maximis peccatis occidere proximū
et innocenter. quia dominus maledixit
terre que aperuit os ſuum ⁊ recepit ſan
guinem Abel fratris Cayn. Si autem
terra eſt maledicta a domino que ſangui
nem innocentem recepit: quid tunc de
illo erit qui ſanguinem innocentem effu-
dit. Ergo merito dicetur occiſoribus
in iudicio extremo. Ite maledicti in ig-
nem eternum ⁊c.

¶ Q' homicidium ſit duplex. C

S Ciendum autem ꝙ homicidi-
um eſt duplex. ſ. corporale ⁊ ſpi-
rituale Corporale committitur
manu vel facto. et hoc quattuor modis.
¶ Primo mō iuſticia dictante. vt cum
iudex reum iuſte damnat. vel miniſter
taliter damnatum occidit. Unde que-
ritur. vtrum iudicio liceat occidere ma-
lefactorem. Reſpōdeo ꝺm ſanctū Tho
mam ſecunda ſecunde. q. lxiiij. Sicut
pro ſalute toti9 corporis preciditur lau-
dabiliter membrum putridum: ſic ma-
lefactor q̄ eſt corruptiuus aliorum. lau-
dabiliter occiditur vt commune bonuz
conſeruetur. Si tamen hec occaſio fierz
a iudice vel miniſtro liuore vindicte vel
delectatione fundendi ſanguinem hu-
manum: licet iſte malefactor iuſte occi-
datur: nihilominus iudex vel miniſter
mortaliter peccat. Similiter ſi miniſter
hoc facit pro aliquo queſtu quem ex in-
de ſe conſequi ſperaret. Similiter autē
ambo ſcilicet iudex et miniſter peccant
mortaliter ſi reum occidunt iuris ordi-
ne non ſeruato: hoc eſt ſi occidunt ſentē-
tialiter non condemnatum. Et hoc pro
batur. xxiij. q. iiij. paragrapho penul-
timo. et. q. v. miles. ⁊ ca. cum miniſter.
¶ Queritur vtrum liceat priuate perſo
ne occidere malefactorem? Reſpondeo
ꝺm ſanctum Thomam vbi ſupra. non
licet. ſed ſolum illi cui communitatis cu
ra commiſſa eſt. ſicut principi vel domi
no terre habenti publicam auctoritatez
non autem alicui priuato. ¶ Secundo
modo fit homicidium neceſſitate inſti-
gante Sed tunc diſtinguendum ē hoc
modo. quia aut illa neceſſitas bene po-
teſt ſatis faciliter euitari. puta cum quis

poteſt euadere inſequētem ſe hoſtē. tūc reus eſt homicidij ⁊ tāq̄ꝫ ꝓ mortali peccato debet agere penitētiam. Aut ē neceſſitas ineuitabilis: puta ſi q̄s occidit inſequētem ſe non ex odij fomite. ſed ex dolore animi. quia aliter nō potuit periculū occaſionis euadere. ⁊ talis nō peccat nec aſtringitur ad penitentiam niſi ad cautelam ꝓpter ambiguū dubietatis. quia poteſt timere ne illum occiderit motus ex indignatōe vel iracundia: vel libidine vindicte: ⁊ nō ex ſola neceſſitate defendēdi ſe. ideo interiorē ſꝑ debꝫ agere penitentiā: ⁊ ſuis peccatis aſſcribere q̄ in tantam venit neceſſitatē: ⁊ in hoc ꝯcordat Ganfredus ⁊ Hoſtiēſis. Sciēdum tamē q̄ q̄uis ꝓ cōſeruatiōe ꝓprie pſone liceat in ineuitabili neceſſitate aliū occidere ne ipſe occidatur. hoc tamē nullatenus eſt licitū ꝓ ꝯſeruatione rerū temporaliū: quia vita ꝓximi eſt p̄ferēda rebꝫ fortune ¶ Tertio hoc homicidiū corporale fit caſu. ſed ibi diſtingue. quia aut dabat operā rei licite aut illicite: puta ſi ꝓijciebat lapidem vel iaculum ſiue in ludo ſiue ꝓ corpis exercitio verſus locum vbi ꝯſueuit eſſe tranſitus hominū: reus eſt homicidio. vt ptꝫ xv. q. i. merito. Et irregularis efficitur. vt patꝫ ꝑ Innocētium ſuꝑ ca. exhibita Si vero dabat operam rei licite: puta ſi pulſauit ⁊ baculus cadēs interfecit aliquem vel occidit eū nō imputatꝰ ei Vel ſi quis ſecans arborē ⁊ arbor cadēs fortuitu aliquē occidat: nō eſt culpabilꝭ. q̄d verum eſt ſi fiat in priuato loco ⁊ adhibeat veram ⁊ plenam diligētiam. ſ. circūſpiciēdo ſe ⁊ alte clamādo q̄ ſibi caueat: alioqn ſibi imputabitꝰ vt pꝫ diſt. l. hi qui arborem. Quid de parētibus in quorum lectis puuli inueniūtur mortui Rūdeo ſm Raymūdum. Si mors interuenit graui eorum culpa p̄cedente atq̄ꝫ negligētia: grauis eſt eis penitētia iniūgenda. Si aūt leuis culpa p̄ceſſerit: nō grauis penitētia eſt eis iniungēda. Si autem nulla p̄ceſſerit negligentia vꝫ culpa de iure nō ſunt puniēdi: tamē ad cautelam ꝓpter ambiguum eſt eis aliq̄ penitētia iniungēda. Cōcordat Hoſti. et addit q̄ monēdi ſunt parentes ne pueros teneros ſecum in vno lecto collocēt: ne forte oppꝛimātur. ij. q. v. conſuluiſti. Quid dicēdum eſt de cuſtodibus infirmorum qui ad eorum petitiōem vocauerūt minutorē vt minueret eis ſanguinem: vel dederūt eis vinum: vel non bene cuſtodiūt eos ita q̄ ipſi mortui ſunt. Reſpōdeo ſm Guil. In omnibus talibus quādo bona fide fiūt nō debet aliquis de facili ſcrupuloſam ꝯſciētiam habere: niſi ſit euidēs culpa aut negligētia diſſoluta ⁊ certum ſit q̄ inde mors p̄ueniret. tunc irregularitas contracta eſt

D ¶ Quarto homicidium corporale cōmittitur volūtate ⁊ ꝓpria iniquitate impellēte: puta ſi quis ex odio vel liuore vindicte aliquē occidat. ⁊ tūc ſine omī diſtinctiōe dicēdum eſt q̄ tale homicidium volūtarium ſemꝑ eſt mortale peccatum ⁊ enorme. Quęritꝰ vtruꝫ magis peccet qui occidit iuſtum q̄ꝫ qui occidit peccatorem. Reſpōdeo ſm ſanctū Tho. ſcđa ſcđe. q. lxiiij. ſic. Et hoc quadruplici rōne. Primo quia nocet ei quē plus debet diligere. ⁊ ita magis agit cōtra charitatem. Secūdo quia iniuriam infert ei qui eſt minus dignus ⁊ ita magis cōtra iuſticiā agit. Tertio q: p̄uat cōmunitatē maiori bono Quarto quia ꝯtemnit deū in iuſto hoīe. Luc. x. Qui vos ſpernit me ſpernit. Item quia fideles ſunt filij dei. i. Joh. iij. Videte qualem charitatē nobis dedit deus vt filij eius noīemur ⁊ ſimus. Igitꝰ qui aliquē fidelem occidit: filiū dei occidit. q̄d conſtat immaniſſime ſeueritatis eſſe. Q̄uo ante ꝯſpectū dei ꝯſtare audebit qui fratrem eius occidit. Quęritꝰ vtrū occidere aīalia ſit peccatum. Rūdeo ſm Tho. vbi ſupra: nō. quia nullus peccat vtendo re ſua ad hoc ad quod eſt ordinata.

Generalit̄ aſit plante ꝛ aīalia ꝓpt̄ hoīez
ſūt: Queriť vtrū mľieri liceat ſeipam oc
cidē ꝓpt̄ ſtuprū vľ adulteriū vitādū Rñ
deo ſm Tho. vbi ſuꝑ nō. qꝛ nō debꝫ in
ſe cōmittere crimen maximū vt vitet mi/
nus crimen alienū. Nō eſt em̄ crimē mu
lieris ſi ei violentia īferať. Et itez forni/
catio vel adulteriū minꝰ pccm̄ eſt ꝙ̄ ho
micidū. ꝑcipue ſuīꝑius qꝺ eſt periculo
ſiſſimū. Quia nō reſtat tp̄s vt ꝑ peniten
tiam expieť. Sed hoc eſt vez ꝙ potius
debet ſe violenť ꝑmittere occidere ꝙ̄ in
pccm̄ fornicatōis voluntarie incidere.

¶ Sciendū ꝙ occidere ſeipm̄ eſt pccm̄
mortale: vt ꝓbat Thomas ſcđa ſcđe.
q. lxiiij. quadrupľr Primo quidē q̇a eſt
ꝯtra naturalem inclinatōem qꝛ vnaque
ꝗ res ſeipam nitiť conſeruare quantuz
in ſe eſt ꝛ pt. Scđo qꝛ eſt cōtra charita
tem qua hō tenetur ſe diligere. Tertio
eſt iniuria cōmunitatis: qꝛ quilibet ho/
mo pars eſt cōmunitatꝫ. Quarto qꝛ ta
lis in deū peccat: ſicut q̇ alienū ſuū inter
ficit peccat in dn̄m. Ideoꝗ nullo mo/
do licet illud vt miſeriaz p̄ſentis vite q̇s
euadat. naz finis oīm terribiliū ē mors
ſm phm̄. Item nec ꝓpter vindictaz ali/
cuiꝰ peccati in ſeip̄o lꝫ ſe occidere Quid
de his qui ſeip̄os mutilant: Rñdeo nō
licet mēbrū ſanū p̄cidere Et quidē ſi ta
lis mutilatio fiat ex impatientia alicuiꝰ
īfirmitatis. aut etiā credebat obſequiū
p̄ſtare deo vt puta vt caſte viuēt nihilomi
nus talis grauiter peccaret qꝛ non licet
aliquo mō mēbra p̄ſcindere ad vitādū z
periculū aīe ſiue pccm̄: qꝛ saluti ſpūali
ſemꝑ p̄t aliter ſubueniri: cū pccm̄ ſubia
ceat ipi volūtati. Ergo tales homicide
ſuīp̄ius iudicanť: ꝛ talľ repelliť a ꝓmoti
one ꝛ receptōe ſacrorū ordinū. Secꝰ eſt
ſi mēbrū putriduz ideo abſcindať a ſe
vel ab alio: qꝛ eſt corruptiuuz corpis: qꝛ
tunc licitū eſt p̄ſcindere: de voluntate tñ
eius cuiꝰ eſt membrū aut illiꝰ ad quē ꝑti
net curare de ſalute illiꝰ. E ¶ Quin/
to homicidiū corꝑale cōmittiť a lingua

ꝛ hoc primo. ſcꝫ p̄cipiēdo ſicut herodes
occidit oēs pueros qui erant i bethleez
iude. Matth. ij. Mittens occidit oēs
pueros qui erant in bethleem ꝛ in omni
bus finibus eius: non ꝙ manu eos occi
derat. ſed quia iuſſit ꝛ precepit. ¶ Se/
xto cōmittiť conſilio: puta cū quis alteī
ſuadet vel rogat homicidiū facere: oſten
dens ſibi vtilitatem ſequentem ex homi
cidio tali Et talis ſm Innocen. eſt reus
homicidij: ꝛ cū hoc irregularitatē incur/
rit. Nec intereſt ſi ille cui dat ꝯſilium ſta
tim occidat vel diu poſtea tꝑe interiecto
niſi interim contrariū ſuaderet: ꝛ primū
conſilium reuocaret. imo quod plus eſt
oportet ꝙ illi denunciet de cuius morte
contractum eſt ꝙ ſibi caueat: niſi ꝓbabi
liter credat ꝙ poſt reuocationē ꝯſilij ille
cui dedit conſiliū reuoceť a ꝓpoſito occi/
dendi: vt dicit Inno. Caute tñ ne quē
ꝙ̄ ꝓdat. Sic cayphas chriſtuz occidit
dando conſilium de morte eius Joh. xi
dixit. Expedit vobis vt vnus moriatur
homo ꝓ populo ꝛ non tota gens pereat
Unde Auguſtinus. Non ſolum illi ho
micide ſunt qui manu homines occidūt
ſed etiam illi per quoruz conſilium frau
dem ꝛ exhortationem hoīes extinguun
tur Et ad iſtud duplex homicidium di
ſcernendum quidam euangeliſte dicūt
ſeu tradunt chriſtum eſſe crucifixum ho
ra tertia: alij dicunt hora ſexta Quia iu
dei ſuis prauis conſilijs machināter in
mortem chriſti ipſum linguis crucifixe/
runt hora tertia. Milites vero hoc fa/
cto impleuerunt hora ſexta. Septimo
committitur ſeu fit defenſione ſeu ani/
mo defendendi eum qui homicidium ꝑ
petrat. Nam ſm Henricuz de firmaria
Si quis vadit ad interficiendum aliuz
ꝛ teipm̄ illi ſcienter aſſocias: nō tamē ip
ſum incitas ad homicidium perpetran
dum: nec ſuper hoc aliqua verba cuz eo
habuiſti nec ipſe tecum: immo tu ſibi ex
animo hoc diſſuadiſti: licet tibi acquieſ/
cere noluerit. Et nihilominus tu de ip/

ſo timens te ipſi aſſocias eo animo vt ſi
forte ille inſequeretur eum tu eum defen
deres: ⁊ ſic occidit alium per te aſſociatꝰ
Et in hoc caſu dicit Hoſtieñ. ꝙ talis eſt
homicida nec vnquam poterit ad ordi/
nes promoueri. Et ſic itellige ꝙ ſola de
fenſione committiť homicidiũ ¶ Octa
uo cõmittitur tradẽdo ꝓximũ in mortẽ
ſicut iudas chr̃m: de quo diciť Math.
26. Querebat oportunitatẽ vt eũ trade
ret. Et tales traditores cum iuda dam
nabunť: ⁊ rei erunt in ſanguine innoxio
ſicut iudas in chr̃o ¶ Nono committiť
iudicãdo iniuſte aliquẽ ad mortẽ. Sic
pylatus occidit Chriſtum: de quo dici/
tur Luce. 23. ꝙ adiudicauit fieri petitio
nem eorum. Ve illis falſis iudicibus q̃
ꝓpter munera vel fauorem iuditiũ ⁊ iu
ſticiam peruertunt: quia enormiter pec/
cant in chriſtum qui eſt veritas ⁊ iuſticia
Unde Iſidorus de ſummo bono Nõ
eſt perſona in iuditio conſideranda: ſed
cauſa. Qui conſanguinitatis ⁊ amicitie
fauoris ſiue inimicitiarum occaſione iu/
diciũ peruertunt ſine dubio in chriſtum
dñm qui eſt veritas ⁊ iuſticia peccaẽ no/
ſcuntur. Unde Chryſoſtomus. Facile
deuiat a iuſticia qui in cauſis non deuꝫ
ſed hominem formidat. Hoc patet in
pylato: qui chriſtũ multis modis ⁊ vijs
nitebatur liberare: ſed poſtmoduꝫ fina/
liter ex timore humano iniuſte ad mor
tem ſententiauit. F ¶ Sciendũ ꝙ
iudici non licet vendere iuſtum iuditiuꝫ
Unde Auguſtinus. Non debet iudex
iuſtum vendere iuditium: non teſtis ve/
rum teſtimonium: licet vendat aduoca/
tus iuſtum patrocinium ⁊ iuriſperitꝰ re
ctum conſilium. Ergo grauiter peccant
qui iuſticiam exequi nolunt. niſi accep/
tis antea muneribus. Et tales quãdo
qꝫ confunduntur hic ⁊ in futuro. Un/
de legitur ꝙ quidam iniquus iudex nl/
li voluit facere iuditium niſi antea acce/
ptis aliquibus muneribus. Et cũ que/
dam vidua quandam cauſam habuit:
quam iudex ei continue prolongauit.
Tunc ipſa fuit conqueſta cuidaꝫ bono
viro q̃ dixit ei. Ip̃e tibi non faciet iudi/
ciũ niſi ei manus inungas. Tunc illa
mulier accepit pinguedineꝫ butyri ⁊ co/
ram omni populo p̃ſenti ĩ iudicio ad iu/
dicem acceſſit: ⁊ ei manus inunxit Qui
indignãter dixit Cur mihi maculas ma
nus? Et illa. Quia mihi dictum eſt ꝙ ñ
habeo finem nec expeditiõeꝫ cauſe mee:
quã mihi iãdiu ꝓtraxiſtis niſi vngerẽ vo
bis manus Et ſic ille confuſus corã om
ni populo ſtetit. ⁊ ei ex verecundia iuditi
um fecit. Item ſciendũ ꝙ iudex ĩiuſte iu
dicans puniendus eſt a ſuperiori ſuo vt
exemplo eius alij timeant tale facinꝰ am
plius committere. Unde legitur ꝙ qui
daꝫ rex perſarũ cum deprehendiſſet q̃n
dam iudicem ſuum iniuſte iudicaſſe euꝫ
iuſſit excoriari: ⁊ ſellam iudicis cum talẽ
cute cooperiri e vt iudex futurꝰ continue
memor fieret ſupplicij ⁊ timeret ĩiuſte iu/
dicare. G ¶ Sciẽdum tñ ꝙ nõ fa
ciliter homo iudicãdus eſt ad mortem:
qui eſt nobiliſſima creatura. Unõ Ari
ſtoteles de regimine principum. Nobi/
liſſimum animalium eſt homo caue ef/
fundere ſanguinem humanum. Unde
etiam Auguſtinus de ſpi. ⁊ li. Tãte di/
gnitatis eſt humana conditio: vt nullũ
bonum p̃ter ſummũ bonum ei ſufficere
poſſit. Unde Bernardꝰ in ſmone. Fe/
cit deus hominẽ ſcd̃m corpus egregiaꝫ
creaturam: ſed ſcd̃m aĩam magis: vt pu
ta imaginẽ creatoris inſignẽ: rõnis par/
ticipẽ: btitudinis eterne capacẽ. Ergo
taľ nobiľ creatura ſnon leuiter eſt delen/
da. Hocisti deberent attẽdere q̃ hoĩeꝫ
quaſi pullũ galine occidũt: ⁊ modicum
eſtimant effundere ſanguinẽ humanũ:
⁊ occidere hoĩem. Cum tamen deꝰ loq̃
tur per Ezechielẽ. c. xviij. Nunquid vo/
luntatis mee eſt mors impij dicit dñs et
non magis vt auertať a via ſua ⁊ viuat.
Ergo q̃ñ eſſet ſpes ꝓbabilis de emẽda
tũc melius eſſet hominẽ viuere ⁊ ſe emẽ

Gm

dare: ⁊ peccata ſua per ſatiſfactionez de
lere: q̄ꝫ ſic leuiter ⁊ faciliter occidere. In
ſignum huius dicit dn̄s per Ezechielez
18. Nolo mortem peccatoris ꝫc. er
go illi qui ita atrociter hoies cruciant ⁊
puniunt: ⁊ ita imiſericorditer ſententiāt
⁊ iudicant: timere deberent illud dictuz
Jacobi. ij. Juditiū ei fit ſine miſericor/
dia: qui hic non facit miſericordiam Et
illud dictum apl'i. Quo iuditio aliū iu/
dicas: teipm condēnas Et ſuper oīa ti
mere deberēt dictū xp̄i qd̄ habet Luce
vi. Eadem menſura qua menſi fueritis
remetietur vobis. ¶ Decimo cōmittit
hoc homicidiū nō liberādo ꝓximum a
morte. Unde querit vtꝝ quilibet tenet
liberare ꝓximū a morte Rn̄det q̄ ſic. qꝛ
quilibet ex debito charitatis tenet repel
lere iniuriā a ꝓximo ⁊ liberare eū a mor/
te vel defendere eū cuz pōt: alias erit re⁹
homicidij. Et iſtā veritatē docet euidē/
ter inſtinctus naturalis in brutis aīali/
bus: vt pꝫ de delphinibꝫ ꝓut dicit phs
xi. de aīalibus. Similiter pateri porcꝫ
qui ſibi mutuo ſubueniunt. ⁊ vnus nitit
aliū liberare. Nō tn̄ quilibet tenet ꝓ ta
li liberatione alterius piculo mortꝭ ſe ex/
ponere: ſed ſolus iudex tenet ad hoc etꝫ
manu armata. Qui autem ex charitate
hoc faceret: opus perfectionis exerceret
De perſona priuata dicūt magni docto
res q̄ ſi credat q̄ hoiem ſolo verbo poſ/
ſit liberare a morte iniuſta q̄ tenet face/
re verbo: verūetiam facto tenet īpedie ſi
poſſit efficere ſine piclo.

¶ Homicidium ſpūale octo modis
committit.

Homicidiuz ſpirituale quo quis
interpretatie dicit homicida cō/
mittit octo modis. I ¶ Pri/
mo q̄dez committit in corde ꝓximū odi
endo: de q̄ prima Johis. iij Ois q̄ odit
frēm ſuum. homicida eſt. Et ſcitis qm̄
oīs homicida non habet vitam in ſe ma
nētem. Glo. ibidē. Et ſi viuens int ho/
mines viuere cernit: in ꝑpetuū tamē cū
demonibus condemnabitur. Et iſtud
homicidium tanto grauius eſt corpora
li homicidio: quanto anima que per inui
diam occidit eſt preſtantior corpore: qd̄
ſecūdo patet ex hoc qꝛ homicidiū corpo
rale eſt quo homo interficit alium per ī
uidiam autem homo perimit ſeipſuz. et
ideo quanto nephādius eſt hominem ī
terficere ſeipſum q̄ꝫ alium: tāto deteſta/
bilius eſt homicidiū ſpirituale corpora
li. Et iſto modo tam pueri q̄ꝫ mulieres
iudeoꝝ xp̄m crucifigētium facte ſunt ho
micide: odientes dn̄m ieſum xp̄m Et ſi/
militer hodierni iudei fiūt homicide xp̄i
hoc modo. Homicidiū quādo ſit pec/
catuz mortale vel veniale pꝫ infra. xiiij.
B ¶ Scdo committit inuolunta/
te: fetū ſcꝫ ſpirituale ⁊ bone voluntatis
propoſitum ſuffocando. Nam q̄tiens
in te bonum conceptum tibi diuinitus
inſpiratum per negligentiam ⁊ contem
ptum extinguis: totiens diuinum fetuz
manu gratie diuine in te plantatum vo
lūtarie iugulas ⁊ perimis. Quia anima
cuiuſlibet hominis eſt ſponſa chriſti: q̄
tunc ab ipſo impregnabitur quādo bo
na voluntas ⁊ bonum propoſitum con/
cipitur. Tunc idem conceptum occidit
quando bona voluntas per negligenti
am ⁊ contemptum ad effectū non pducit
tur. K ¶ Tertio committit verbo
⁊ ore proximo ſuggerendo mala q̄ ſunt
contra deum ⁊ ſalutem. Ideo chriſtus
dicit de diabolo vt habetur Joannis.
viij. Ille erat homicida ab initio. Un/
de Auguſtinus ſuper Joānem. Homi
cida diabolus dicitur: non quod gla/
dio armatus nec ferro cinctus ad ho/
minem veniat: ſed quia malum verbum
ſeminauit. Noli ergō te non putare ho/
micidam eſſe: quando fratri tuo mala ꝑ
ſuades. Unō apoſtolus prima ad Co
rinth. xv. Corrūpunt bonos mores col
loquia praua. Ergo quandocunqꝫ cuz
verbis tuis occaſio es alicui ad peccan/
dum: ſi hoc ex propoſito ⁊ ſcienter feceris

homicidiū ſpūale cōmittis. ¶ Quarto cōmittit̄ qn̄do hō ſubtrahit frat̄ nā cor/rectōem atq; admonitōem. Vn̄ Greg. in moral. Tot pſonas occidim⁹ q̄t ad mortem ire quottidie tepidi z tacētes vi demus. L ¶ Circa qd̄ queritur: vtr̄ correctio fraterna ſit in p̄cepto. Re ſpondeo ſm Tho. ſcd̄a ſcd̄e. q. xxxiij. in precepto eſt. Sed quia p̄ceptū eſt affir matiuū non obligat ad ſemp̄: ſed p̄ loco z tp̄e. Vnde z omiſſio ei⁹ vno modo fit meritorie: vt quando q̄s oportunū tem pus inquirit. vl̄ q̄ de ipſis metuit ne de teriores fiant vl̄ ad bonam vitam alios impediant z hm̄oi. Scd̄o modo omitti tur cum peccato veniali: quādo ſcilicz ti mor z cupiditas fac̄ tardiorē ad corrigē/dum delictū fratris: non tamen ita q̄ ſi conſtaret ei q̄ ſi frēm poſſet a pc̄c̄o retra here dimitteret p̄pter timorē z cupidita tem: quinimo in aīo preponit charitatē vt dt Auguſtinus. Tertio modo omit/titur cū peccato mortali: ſcilicz cū formi/datur iudiciū vulgi vel carnis cruciatio: vel quodcunq; temporale: dū tamen h̄ ita dominetur in aīo q̄ fratris charitati p̄ponatur M ¶ Quinto commit titur p̄ malum exemplū quod dat̄ pro/ximo. Vnde Auguſtin⁹ in libro de pa/ſtoralibus. Qui in cōſpectu populi ma leviuit quantū ī eo eſt illū q̄ ab eo accen ditur occidit. Ergo q̄ te p̄mitus ſuo ma lo exemplo ad peccandū induxit ille ani mam tuam z ſuā occidit. ſuā p̄ malicā tuam p̄ malum exemplū de quo dt xp̄s Matth. i8. Ve homini p̄ quē fit ſcan dalum. Vnde etiā Ariſtoteles. ij. ethi/corum. Peſſimus eſt ille q̄ vtitur malo: non ſolū ad ſe ſ; etiā ad alios. Ergo ta/les multipliciter puniunt̄. Vn̄ Greg. in moralibus. Tot mortibus quis di/gnus eſt quot mala exempla prauitat̄ in poſteros reliquit. N ¶ Sexto cōmittit̄ quando quis heredibus ſuis iniuſtas res relinquit. Nā quot denari/os eis ſcienter relinq̄t: tot gladijs ipſos tranſfigit. Ergo tales heredes ſiue filij ſi illas res iniuſte acquiſitas ſcient̄ poſſi dent tunc damnātur cum parētib⁹. Et tunc ſcd̄m dictum chr̄i in euāgelio Filij conſurgent aduerſus parentes. Hoc in telligatur q̄ ī iudicio extremo ſiue etiam in inferno punient eos dupl̄r. Primo cō querūtur de eis ſicut de crudelib⁹ occiſo ribus eoꝝ. Ecci. xli. De patre īpio con querūtur filij. quoniā p̄pter ip̄m ſunt in opprobrium. Scd̄m quod eſt grauiſſi mū: quia in inferno ſemper eos torque/bunt ad minus per improperia: intan/tum q̄ neſcio vtrum grauius per filios: vel per demones puniantur: Vnde le/gitur q̄ quidem comes quo ad huma/nam eſtimationē ſatis bonus: viſus eſt poſt mortem a quodam heremita in in/ferno in quadam ſchala ignea ſtare Et cum ille quereret cur ibi eſſet cum ſatis laudabiliter in mundo vixiſſet Reſpon dit q̄ propter poſſeſſionem cuiuſdaz ec/cleſie quā proauus ſuus ſibi vſurpaſſet Et ip̄e admonitus nō eam reſtituiſſet. Quia eam ſe poſſidere licite eſtimabat: ex quo ab antiquo ſup̄ eum ſic deuoluta eſſet. Et ip̄e fatebatur decimū ſe eē poſ/ſeſſorem. Et quot de generatione illa q̄ eā ſcienter poſſiderēt morerent̄: illuc ad eum z ad eandā ſchalā futuri eēnt O ¶ Septimo committit̄ victum neceſſa rium ī neceſſitatis articulo pauperi ſub trahendo. Nā q̄ victū neceſſariū paupe ri ī neceſſitate ſubtrahit: ſpūale homici/dium cōmittit. Vnde Ambro. Paſce fame morientē: ſi non pauiſti occidiſti. Gratia huius poteſt queri vtrum dare elemoſynā cadat ſub p̄cepto. Reſpon/deo q̄ dare elemoſynam ī neceſſitat̄ ar ticulo cadit ſub p̄cepto qd̄ patet p̄ h̄ q̄r ip̄am omittēs eternaliter puniet̄. vt p; Matthei. xxv. Eſuriui: et non dediſti mihi mādūcare. Et rō huius eſt: q̄r cū dilectio proximi ſit in precepto: neceſſe ē omnia illa cadere ſub p̄cepto ſine quib⁹ dilectio p̄ximi non ſeruat̄. Ad dilectōez

aūt ꝓximi pertinet: vt nō ſolum velim⁹ ei bonū ſed etiā operemur ꝑm illō .i. Joannis .3. Non diligamus lingua neqꝫ ꝟbo: ſed opere ꝛ veritate. Ad hoc āt vt ve/limus alicui requiritur vt eius neceſſita/ti ſubueniamus. Juxta illud .i. Joh. 3. Qui viderit frēꝫ ſuum habere neceſſita/tē ꝛ clauſerit viſcera ſua ab eo. quō cha/ritas dei manet in illo? Ergo elemoſy/narum largitio eſt ī precepto. Sꝫ quia ꝑcepta dant̄ de actibus virtutuꝫ: neceſ/ſe eſt ꝙ hoc donū elemoſyne cadat ī precepto ꝑm ꝙ actus eſt de neceſſitate ꝟtu/tis: puta ſcđm dictamen recte rōnis. et ſcđm hoc aliud eſt conſiderandū ex parte dantis: ꝛ aliud ex parte recipiētꝫ. Et ex parte ꝗdem dātis requiritur ꝙ illud qđ in elemoſyna datur ſit ſupfluum nō ſolum reſpectu ſuiꝑius: ſed etiam reſpectu aliorum quorum ſibi cura incumbit Quia recta ratio dictat ꝙ vnuſquiſqꝫ ſibi prius ꝓuideat de his quoꝝ ſibi cura īcumbit. ꝛ poſtea de reſiduo neceſſitati aliorum ſubueniat. Ex parte autem re/cipiētis reqritur ꝙ neceſſitateꝫ habeat: alioqn non eſſet rō pietatis quare ei da/retur. Unde diſt. 82. ca. i. His pauperibus danda eſt elemoſyna ꝗ ī manib⁹ ſuis laborare non poſſunt. Non āt om/nis neceſſitas obligat ad ꝑceptum: ſed ſolum illa ſine qua quis ſuſtentari non poteſt Et ideo relinquitur ꝙ dare elemoſynam de ſuperfluuo eſt in ꝑcepto reſpectu eius ꝗ eſt ī extrema neceſſitate poſi/tus. Sciēdum tamen ꝙ non ſimpliciť expectanda eſt ſemper extrema neceſſi/tas: quia tunc non poſſꝫ iuuari natura conſumpta. Sed tunc intelligend⁹ eſt caſus extreme neceſſitatis quādo apparent ſigna future neceſſitatis extreme ꝓbabilia: vt cum quis videt alios īpotentes vel pigros ad ſubueniendum: ꝛ vi/det pauperem indigere vite neceſſarijs nec ſibi poſſe ſatiſfacere: tunc eñ ex pre/cepto charitatis tenetur ſibi ſubuenire. Sed circa neceſſitatem extremaꝫ dare elemoſynā eſt ī conſilio ſicut de quolibꝫ meliori bono dant̄ conſilia. Unde dicit Baſilius. Cur tu abūdas: ille ꝟo mendicat: niſi vt tu bone diſpenſatōis meri/ta conſequaris: ille vero patientie meri/tis decoretur. Famelici panis eſt quē tu tenes: tunica nudi eſt quam in conclaui conſeruas: calceus diſcalceati eſt qui penes te marceſcit Jdcirco tot iniurias cō/mittis ꝗt dare vales. Octauo commit/titur ꝓximo detrahendo de qua detra/ctione iā dicetur.

De detractione. P

Detractio deteſtanda eſt. Prio quia comparatur homicidio: qꝛ ille cui detrahitur in conſcientia illius ꝗ audit detractōem occidit̄: ī cui⁹ conſcientia ꝑus viuebat ꝑ bonā famaꝫ: ꝛ tale homicidium grauius eſt corporali. Quia ꝑm Henricū de firma. ibi ſolū corpus vnius occiditur: hic aūt ſil' plu/res aīe perimunt̄. vna ipſius detractorꝫ alia eius cui detrahitur cū hoc ꝑceperit ꝛ iraſcitur ꝛ querit vindictā. Tertia iporum audientium. vnde tale homicidiū perículoſiſſimū eſt: qꝛ eſt contagioſum. ſerpit eñ de vno ad aliū. ꝛ letaliter in/ficit oēs illos in quos venenū detractionis infunditur. Unde Bernardus ſu/per canonicā Joānis. Un⁹ ē detractor ꝗ loquitur: ꝛ tamen vnū verbū eodem in momēto multitudinis audiētium dum aures transfigit: aīas interficit. Se/cundo ꝑvalere ad deteſtandā detractionem hoc quod detractor diuerſis ge/neribus rerū comparat̄. Nā ꝑmo com/paratur cani: vt dicitur Math: 7. Nolite ſanctuꝫ dare canib⁹. Ecci. xix. Sa/gitta infixa femori canis: ſic verbū in ore ſtulti. Canis ſagittā habens infixaꝫ femori nō quieſcit donec remouerit: neqꝫ ſtultus quieſcere pt donec verbuꝫ quod audiuit de ꝓximo alij retulerit. Detra/ctores ſunt canes diaboli nō ꝑmittētes etiā vnā auiculā auferri ab hinc quin latrent ꝛ eaꝫ mordeant. Jtē cōparat̄ por/

to. quia ad moduz porci os cuiꝰ inqnat
q̄ʒ pedē. Et ſicut porcꝰ ingrediēs i hor/
tū aliquē ꝛ ibi lutū et florē inueniēs: flo/
res dimittit ꝛ lutū ingredit᷑: ꝛ ſe in eo vo
lutat. Sic detractor bona viſa vl' audi/
ta de ꝓximo obliuiſcit᷑ ꝛ mala audita vl'
viſa de ꝓximo ponderat ꝛ retinet Et ſic
os ꝛ linguā inqnat: qḋ eſt mēbrū nobi/
le p̄re alijs mēbris. Vnḋ Ariſto. i. poli.
Nullū em̄ aīaliū naturalit' h̄ʒ ſmonem
niſi hō. Itē detractor cōparat᷑ ſpenti in
his ꝓꝓrietatibꝫ. Serpens eſt aīal ꝓditi
oſum. i ſilētio mordēs: tortuoſe icedēs.
Sic detractor ꝓditor ē q̄ occulte oblo/
quitur ꝓximo Vn̄ Eccl'i. x. Si morde
at ſpens in ſilētio: nihil eo minꝰ h̄ʒ q̄ oc
culte ꝓximo detrahit. Tortuoſe etiā in
cedit detractor: dū a laude eiꝰ incipit cui
detrahit. ꝛ deinde ſubdit. Nō dico hoc
animo detrahendi: ſed vt fides ei adhi/
beatur: dicit ſe multum amare eū cui de
trahit. Et ego dico ꝙ ſic eum diligit ſi/
cut iudas ieſum chriſtum dilexit q̄ eum
falſo oſculo tradidit. Unde verſus Ore
bonum faris ſed corde malū meditaris
Oſcula que iudas domino dedit hec mi
hi tu das. Ergo tales ſūt ꝓditoēs ꝓxi/
morū ſicut iudas chriſti ¶ Tertio quia
detractores peiores ſunt furibꝫ illis qui
veſtes ꝛ alia furantur temporalia. Vn/
de Ambroſius. Tolerabiliores ſūt fu/
res qui veſtes et alia bona diripiunt q̄ʒ
fures qui famam noſtram bonam di/
laniant. Cuiꝰ ratio poteſt eē hoc quod
dicit Salomon. Melius eſt nomen bo
num q̄ʒ multe diuitie. Unde qui nomē
bonum alicui aufert: magis nocet ei q̄ʒ
ſi multas diuitias furaret᷑. ¶ Quarto
quia detractoris lingua peior videt᷑ eſſe
inferno. Infernus enim ſolū malos de/
uorat. Lingua vero detractoris bonos
ꝛ malos Inſuper detractores vno mor/
ſello comedunt vnam totam ꝓuinciam:
vel archiepiſcopatum ciuitatem: vl' pa
rochiam: vel villam cum ei ſ obloquunt᷑
Et eſt valde periculoſum cum dicatur: i
tali ꝓuintia ſūt raptores: i tali epiſcopa
tu ſūt vſurarij: i tali ciuitate adulteri: et
ſic de alijs. Quia ibi innocēs cū nocēte
īfamat᷑: qḋ eſt cōtra iuſticiā. hoc pʒ: q꞉ ſi
vnꝰ eſt reꝰ: tūc tres vl' plures ſūt inocen/
tes. ¶ Quinto q꞉ īter oīa alia pc̄cā iſtḋ
videt᷑ peiꝰ expiari: qḋ pʒ ꝑ hoc q꞉ ſcōm
Auguſtinū. Nō dimittit᷑ pc̄cm̄ niſi ab/
latū reſtituat᷑. Cū igit᷑ ꝑ detractōeʒ ab/
ſtuleris ꝓximo bonā famā (q̄ īter bona
corporalia eſt aliqd nobiliſſimū) ī poſſi/
bile vel ſumme difficile videtur vt ei va/
leas plene reſtituere: cum non poſſis ſci
re in quot cordibus hominum virtꝰtue
detractionis ſit diffuſa. quare. ꝛc̄. Vn̄
ſciendum ꝙ īter omnia peccata iſta duo
peccata. ſ. detractio ꝛ rerum ablatio ma
gis difficulter dimittuntur homini. q̄a
ſine reſtitutione nec valet contritio nec
lachrymarum effuſio: etiaʒ ſi tot lachry
mas effunderes ſicut Petrus ꝛ Maria
Magdalena effuderunt quando ama
re peccata ſua planxerunt. Iteʒ nec va/
let peccatoruʒ confeſſio niſi fiat ſm̄ poſ
ſibilitatem predictoruʒ reſtitutio. Ergo
detractores qui iniuſte proximos infa/
mauerunt tenentur in publico reuoca/
re: ꝛ eis bonam famam reſtituere ſcōm
poſſe ꝛ noſſe ſi volunt gratiam ꝛ dei mi/
ſericordiam ꝛ remiſſionem peccatorum
conſequi.

¶ Quot modis fiat detractio.

Detractio fit ſex modis. P̄
primo cum quis occulta mala
proximi manifeſtat: eum īfamā
do ꝛ confūdendo. ꝛ ſi ea intentione (etiā
q̄uis verū ſit) de ꝓximo malū loquit᷑ ad
nocēdū ei: mortale ē. Verbi gratia Si
q̄s aliqḋ occultū pc̄cm̄ cōmiſiſſet qḋ ti/
bi ꝛ ſoli deo ꝯſtaret: ꝛ ſi hoc publicares
alij īfamādo eū: peccares m ortaliter lʒ
verum eſſet. Sed ſi manifeſtares illi q̄
poſſʒ prodeſſe vt emendaretur: hoc eēt
bonum ꝛ laudabile: quia in hoc quere/
retur ſalus ꝓximi. Item ſi ille apḋ queʒ
tu illum infamaſti alteri eadem ītentio/

ne hoc occultum malum reuelat. ſ. ipm
infamando ſimiliter peccat: ⁊ ſic ꝺ ſingu
lis aſcendendo. O quot peccata perpe/
trantur cum quis in vna tota terra vl' ci/
uitate infamatur. imo ſi aliquis manife
ſte in aliqua ciuitate infamatus eſt ⁊ fa
ctum eius notorium eſt in illa ciuitate: ⁊
tu venires ad aliam ciuitatem vbi h' non
ſciretur: tunc ſi publicares ibidē peccа/
tum ⁊ exceſſum illius hominis: ea inten
tione vt ibi etiam infamaretur: grauiter
peccares. Ergo null'o modo debem⁹ ma
nifeſtare mala ꝓximi illis qui non ſciūt
⁊ maxime vbi nō ꝓdeſt ſed magis obeſt
¶ Secundo quando audita mala de
proximo cum augmento referunt' alijs.
Et heu hoc valde cōmune ē vt mala ꝓ/
ximorum aggrauentur ⁊ augmentētur
Quod tamen eſt multum periculoſū ⁊
grande peccatū talia mala cū augmē/
to proferre: ⁊ ſic ꝓximum ſuū confunde/
re. De his enim et contra iſtos dicit ꝓ/
pheta dauid. pſalmo. cxxxix. Vir ling/
uoſus ſcilicet ſermones cum augmento
proferens non dirigetur in terra. Et ec/
cleſiaſtici nono dicit ſalomon. Terribi/
lis in ciuitate ſua homo linguoſus.
¶ Tertio crimina falſa imponere pro/
ximo: ⁊ hoc eſt grauiſſimum inter pecca
ta detractionum: quia vix remittitur ta
le peccatum. Vnde Hieronimus. Nō
facil' venia dixiſſe ꝑua ꝺ rectis ¶ Quar
to cū quis negat occulta bona proximi.
Verbi gratia Sicut cum aliqua bona
referuntur de proximo: ⁊ ille īuidus ne/
gat hoc bonum verum eſſe qꝺ dicit' de
illo cui inuidet q̄uis verum ſit in ſe. ⁊ cū
hoc facit ex inuidia ⁊ vindicta grauiter
peccat ¶ Quinto cū quis nititur ea mi
nuere bona manifeſta proximi que non
poteſt ex toto negare: tamen nitit' ea mi
nuere. Vnde Hugo. Detractor ē q̄ bo
na ꝓximi inquantum poteſt diminuit.
¶ Sexto cū quis bōa ꝓximi peruertit
in mala: dicens ea eſſe facta mala inten/
tione: cum tamē cor ſoli deo pateat Vn

de Hugo. Detractio eſt locutio ex inui/
dia ꝓcedens: bona alioꝝ denigrans Et
hoc. ſ. q᷑ ſic bona ꝓximi quis conuertit
ī mala: ꝓcedit ex inuidia ⁊ ex defectu ca
ritatis. Vnde Auguſtinus. Certū eſt
q᷑ de aliquo incerto neminem iudicarē:
quem tanq̄ meipſum diligerem. Inſu/
per eſt ſignum magne nequitie ⁊ ꝑuer/
ſitatis in homine q᷑ ſic proximum ſuum
iudicat et bona ſua deprauat. Vnde
Chryſoſtomus ſuper Mattheum Si
cut difficile aliquem ſuſpicatur malum
qui bonus eſt: ſic difficile aliquem ſuſpi/
catur bonum qui ipſe malus eſt Idem
ibidem. Omnis homo ſcđm ſe eſtimat
alterum. ¶ Sciendum q᷑ ſumme de/
bemus cauere ab his modis detractio
nū ſcđm q᷑ dicit ſalomon Sap. primo
A detractione ꝑcite ligue Detractores
enim teſte apl'o ad Ro. i. deo odibiles
ſūt. Vt autem hoc melius ſeruare poſ/
ſemus nullus noſtrum deberet loqui ꝺ
proximo eo abſente quod noll' loqui eo
preſente. Vnde Leuitici. xix. dicitur.
Non maledices ſurdo. Surdo maledi
cit qui abſenti detrahit. Homo enī ab
ſens minus poteſt audire detrahentem
q̄ ſi ſurdus eſſet. Surdus enim quan/
doq̄ audit quando ſibi alta voce cla/
matur: abſens vero qui quandoq̄ di/
ſtat per duas leucas vel amplius non
audiret detrahentem quantumcunq̄
clamaret. Vnde etiam Hieronymus
Noli diligere detrahere ne eradiceris.
pauci enim ſunt qui huic vitio plene re/
nunciant. Ex iſtis patet q᷑ detractio ē
commune peccatum: et tamen grauiter
in hoc offenditur deus. Vnde Augu/
ſtinus ſuper illꝺ pſalmiſte Pro eo vt me
diligerent detrahebant mihi. Plus no
cent in membris detrahentes chriſto q̄
animas interficiunt creditorum: q̄ qui
eius carnem mox reſurrecturam pere/
merunt. Et propterea detractores gra/
uiter puniūtur a deo: ⁊ quādoq̄ tales
deſperant in agone mortis. vt pꝫ per ex

emplū. Fuerunt duo ſocij clerici quorū vn⁹ detractor peſſim⁹: de nemine bñ poterat loqui: q̄ infirmitate detent⁹ cū ad penitentiā a ſocio moneret̃ paruipēdēs ipſius monita ī nullo ſe penit⁹ correxit. Cunq̄ ad extrema appropinq̄ret: adiuratus a ſocio ſuo ꝓmiſit vt īfra triginta dies ſibi appareret ſi poſſet ꝛ ſi d̄s pmitteret: ꝛ ſic mortuus ē. Poſt paucos igit̃ dies deo pmittente non ꝓ ſalute ei⁹: ſed vt ceteri tali erudirent̃ exēplo Apparuit ſocio totus niger ꝛ accēſus tot⁹ ignitus ītro ꝛ foris incēdio īfernali. Ad cui⁹ conſpectum cū ille tremore deficeret: dixit ei Ego ſum ille īfelix quondā ſoci⁹ tuus ꝓ quo oras inaniter: q2 ppetue ſū dānatus. Et cum ille quereret qūo ſibi acceſſiſſet in agone: Reſpōdit cū eſſem in extremis: ductus ſum corā iudice. Cūq̄ obmuteſcerem p̄ timore vidi multas aīas ſole lucidiores ad iudicē cōtra me manus extendētes ꝛ clamātes. Vindica dñe ſanguinē noſtrū de illo mendace detractore: qui nos apud hoīes mēdaciter īfamauit. ad hāc vocem cū me iudex inſpiceret toruo vultu ꝛ irato: ꝛ ego in eius aſpectu territus ꝛ confuſus ꝛ de ꝓlatis contra me malis mihi conſcius memetipm̄ ꝛ miſcdiā dei ſum oblit⁹: et ſic deſperās ppetue ſum dānatus.

## De hijs q̄ detractōes libēt̃ audiūt R

Sequitur de pccō eoꝝ q̄ libenter audiunt detractores: contra qd̄ pccm̄ pmo poſſūt valere verba ſacre ſcpture que illud diſſuadent. Vñ ꝓuer. 4. Labia detrahentiū ſint ꝓcul a te. Item Eccl. 28. Sepi aures tuas ſpinis. ꝛ noli audire linguā nequā Vñ queritur vtrum peccet q̄s audiendo detractorē. Rñdeo ſcd̄m Tho. ſcd̄a ſcd̄e q. 73. Si quis detractorem audiat. ſc3 abſq̄ reſiſtentia: videtur detractori conſentire: vnde fit particeps pcc̄i eius. Et ſi quidem inducat eum ad detrahendū vel ſaltem placeat detractio ꝓpter odiū eius cui detrahitur non min⁹ peccat q̄ꝫ detrahens ꝛ qñq̄ magis. Unde Bernard⁹ de ꝯſideratōe Detrahere aut detrahētem audire quid horum dānabilius ſit: non facile dixerim Si vero ei peccatum non placeat ſed ex timore vel negligentia vel etiā ex verecundia quadā obmittitur detrahentem repellere ꝛ oñdere q̄ ei detractio diſplicęat: tūc peccat quidem: ſed multo minus q̄ꝫ detrahēs ꝛ plerūq̄ venialiter Quādoq̄ etiā ipm̄ poteſt eſſe mortale: vt quia ex officio incumbit ei detrahētem corrigere: vl̃ etiā ꝓpter aliquod periculum inde ꝯſequēs Uel ꝓpter radicem qua timor human⁹ qñq̄ p̄t eſſe pcc̄m mortale: qd̄ fit quando hō ſic diſpoſitus eſt vt ꝓpter timorē cuiuſcunq̄ rei tpalis faciat aliquid prohibitum vel pretermittat aliquid qd̄ eſt p̄ceptum ī lege diuina: talis timor ē peccatum mortale. Item qui libenter audiunt detrahere, ꝓximis ſunt ſicut canes. Quia cū vnus canis leditur tunc oēs concurrūt ꝛ eum lacerāt ꝛ mordent Sic ſimiliter faciūt detractores cum audiūt alicui obloqui: tunc obloquenti applaudunt: inſuper ꝛ verba ſua etiā apponunt Et ſic aīas ſuas ꝓprias occidunt ꝛ mortem eternā incurrunt Cōtra quos dicit Auguſtin⁹. Non accōmodes aures tuas ad percipiendum verba detrahētis ne concipias mortem ī anima tua. Detrahentis eīm ꝛ audientis vtriuſq̄ eſca ē mors anime. Et vt breui⁹ concludam. Detractor ꝛ libēs auditor diabolū portant in lingua. Unde quilibet in quantum poteſt debet cōpeſcere detractores Unde legitur d̄ quodam epō qui erat in purgatorio ꝛ vehemēter affligebat̃ in fetore clerici ſui exiſtentis in inferno ꝛ aſcendentis ad ipſum: quia detractiones eius quandoq̄ audierat ꝛ eum non ſatis corripuerat: q̄ꝫ q̄ꝫ eps̄ ſatis ī ſe bon⁹ fuerat. Item q̄ꝫ infelix ſit lingua detractoris patet per hoc exemplū: Fuit quidam maximus detrator religioſoꝝ ꝛ ſacerdotū ꝛ alioꝝ bonoꝝ hoīm: qui tādē

mortuꝰ ē. Poſt multos vero annos cuȝ aperiebaꝑ ſepulchꝛū eiꝰ: totuȝ corpꝰ eiꝰ putridum erat ṗter linguaȝ eius. Sed rane linguam illā inter ſevoluentes ro/dere non valebant: in ſignum ꝙ lingua illa non erat digna in terraȝ redigi ꝓ eo ꝙ multos homines leſerat: Et miſer il/le homo cuius lingua illa erat. iā in aīa ꝛ poſt iuditium in corpore ꝛ anima in eternum torquebitur: nec tamen conſu/metur. Vn̄ð Apocalyp. xix. Mors fu giet ab eis.

# De ſexto ꝑcepto

Non mechaberis. Hoc ſextū ꝑ/ceptū expreſſe prohibet leſionē coniugalem in ꝑſona cōiūcta. ſi/cut ṗcedens ṗceptum ꝓhibebat leſionē alicuius in ꝓpria ꝑſona. Unde ſm Au guſtinū. Illð ṗceptum ꝓhibebat leſio/nem alicuiꝰ in ꝑſona ꝓpria: iſtud aūt om/nem illicitū concubitū: ꝛ hoc implicite. Unde dicitur. Non mechaberis. i. nul li alteri excepto federe matrimoniali te cōmiſcebis: vt dicit gloſa interlinearis.

rũ in ſuꝑbia extollẽdo ſe ſuꝑ alios: in hꝫ
ꝯmẽdãť: qđ ẽ valde nociuũ ⁊ repħẽſibĩ

le. qꝛ xp̄s dicit in euāgelio. Qui ſe hūilt
at ⁊c̄. Scōo auaricia noiaꝛ ꝓuidētia vt
cū q̇s die noctuq̧ oībꝫ viribꝫ laborat ꝓ
acq̇ſitōne rerū tꝑaliū. ſiue iuſte. ſiue iniu
ſte vl' q̄cūq̧ mō poteſt. ſiue ſit cū dō vl'
ꝯtra deū minime curās. oēm ſollicitudi
nē ſuā adhibēs qūo poſſit tꝑalia cōgre/
gare: ⁊ cū tāta auiditate ꝙ nūq̄ etꝫ ſati
atur. Et in h̄ cōpaꝛ inferno: Vn̄ aug⁹.
ad q̄ndā comitē. Inferno auar⁹ ē ſilis.
Infern⁹ ei q̄ntoſcūq̧ deuorauerit: nūq̄
dicit ſatis ē. Sic ⁊ ſi oēs thezauri ꝯflu/
xerit in auarū. ⁊ tal' ab adulatoribꝫ n̄ no
minaꝛ auar⁹: ſ; ꝓuid⁹. ¶ Tertio diſſo/
lutio ſotialis: iocūditas ē noiata. vt cuꝫ
quis ꝯiūgit ſe alijs indifferēter ſiue ī bo
nis ſiue in mal'. ſiue ī licitis ſiue illicitis.
Sicut ī corizando. ſaltādo. in ludēdo ⁊
ſic d̄ alijs Et tal' ab adulatoribꝫ n̄ noiaꝛ
diſſolutus: ſ; ſocial' ſiue ſoci⁹. i. geſellig.
Et tal' q̇ ſic ſe ꝯformat malis ī illicitis.
poſtmodū habebit ſocietatē demonū et
oīm dānatoꝝ. ⁊ carebit ſocietateꝫ dei et
oīm electorū. ¶ Quarto aſtucia ab ip/
ſis adulatoribꝫ prudētia noiaꝛ. vt cum
q̇s ē aſtut⁹. i. hynderliſtig. ī mercātijs:
⁊ ī alijs ſuis negocijs. et lucraꝛ mētiēdo
⁊ decipiendo ⁊ defraudando homines
⁊ trufando ꝓxīos. Qui nouas adinuē/
tōes īuenit vt ſic ꝓxīos decipe poſſꝫ. ta/
les ab adulatoribꝫ hui⁹ mūdi prudētes
noiāꝛ. Vn̄ Lu. 16. Filij hui⁹ ſecl'i pru/
dētiores ſūt filijs lucis ī gn̄atione ſua.
¶ Quinto laxa ꝯſcīa libertas aī noiaꝛ
vt cū q̇s ſine timoē dei viuit: nihil timēs
nec curās deū ī cogitatōibꝫ. locutōibꝫ. ⁊
oꝑibꝫ: ſ; ſine oī timore d̄i peccat. ⁊ q̄ de/
lectabilia ſūt carni ꝑpetrat. Et tal' letus
ab adulatoribꝫ noiaꝛ De q̇bus d̄t dn̄s
Lu. vi. Ve vobis qui nunc ridetis. ⁊c̄.
¶ Sexto garrulitas affabilitas noiaꝛ
vt cū q̇s eſt garruloſus. i. claffig. ſiue vir
ſiue mulier ſcurrilia ꝟba ꝓferēs: non cu/
rādo vtrū deū offēdat ī hoc. tales nomi
naꝛ ſolacioſi. i. kurtzwilig. In quo ali
qui multū delinquūt. ſcilꝫ. ꝯcitando ho

mines annoſos ad iracundiā ⁊ impatiē
tiam ⁊ ad blaſphemiā: q̇ al's ex natura
et ex ſenio mirabiles ⁊ impatiētes ſunt.
Et quicq̇d tales ſic peccant redūdat in
eos q̇ eos ꝯcitauerūt B ¶ Seq̇tur
videre qūo ꝟtutes ⁊ virtuoſi irridentur
et ꝑmo cum q̇s eſt abſtinēs ⁊ vult parce
viuere ⁊ tm̄ in necarijs contētus eē: ta/
lis abſtinētia auaricia ſiue ꝑcitas noia/
tur. q̄ſi nō audeat vti de bonis ſibi con/
ceſſis. cū tamē talis nō ꝓpter ꝑcitatē di/
mittit: ſ; qꝛ ſcit redditurū ſe eſſe rōem de
oībus creaturis qūo vſus ſit: ideo abſti
nens viuit ¶ Secūdo ſi humilitatē di/
ligit exēplo chriſti q̇ dicit. Diſcite a me
qꝛ mitis ſum ⁊ humilis corde. ⁊ humili/
tatem ſtudet ſeruare in verbis ⁊ factis ⁊
nitiꝛ ſcandalū cauere: timēs illud dictū
chriſti. Math. xviij. Ve hoi illi ꝑ quē
fit ſcandalū. tūc talis ab adulatoribꝫ hu
ius mūdi hypocrita noiāꝛ. Tertio ma/
turitas. id ē ernſthabſtickeit oder dapp
ferkeit. ſ. cū mature incedit quis in ver/
bis ⁊ factis timēs leuitatem mētis oſtē
dere: tūc talis maturitas amaritudo vo
caꝛ. id eſt ſurgeſch. ¶ Quarto q̇es de/
uotōis. ſ. cū quis nititur expellere extra/
neas occupatōes: ⁊ deo tranq̇llum ⁊ q̇e
tum cor offerre: tūc talis q̇es deuotiōis
pigricia noiatur ¶ Quinto ſimplicitas
ſcꝫ cū quis ſc̄m ꝓphetam in ſimplicitate
cordis querit deū. ⁊ ſc̄m dictū xp̄i ſtudet
ſimplicitatem colūbe oſtēdere: tūc talis
ſimplicitas ſtulticia noiatur. ⁊ talis ab
huius mūdi amatoribꝫ derideꝛ. Unde
Johis. xij. Deridetur iuſti ſimplicitas
¶ Sexto timor dei litigioſa ꝯſcīa noia
tur. ſ. cum q̇s deū pre ocul' habet in ver
bis ⁊ in factꝫ timēs deū offendere. talis
nō d̄r timoroſus ſ; erroneus in ꝯſciētia.
¶ Septimo fugere publicā ⁊ malā ſo/
cietatem ſingularitas noiatur. vt cū q̇s
vult ſibi cauere a mala ſocietate: aduer/
tēs illud dictū ꝓphete. Cū ſcō ſcūs eris
et cū ꝑuerſo ꝑuerteris: tūc talis ſingula
ris ⁊ deſpector noiaꝛ ¶ Octauo ſi q̇s iu

ſticiam q̄rit ꝛ exigit: tūc talis impatiēs ꝛ
auſterus noīatur. Nono ſi q̇s grām ho
minū habet: tūc adulatoꝛ noīatur. De/
cio ſi q̇s informatōi ꝛ correctōi ꝓximi in
tēdit: tūc p̄ſumptuoſus dr̄. H ¶ Qui
tū peccatū alienū eſt recurſus. Et ſunt il
li in hoc rei qui tuenť malefactores ꝛ ad
quos habēt recurſuꝫ. Verbi gr̄a. aliq̇s
furať ꝛ habet apud quē furtū abſcōdat
vel rapinā. vel cū quis tueť malefactorē
nō ꝑmittendo fieri de ip̄o iuſtū iudiciuꝫ
et multa hm̄ōi. Ergo ſi potēs es ꝛ in ca
ſtro tueris raptores cū rapinis: reꝰ eris
oīm pccōꝝ illoꝝ. certe nō eēnt tot rapto
res ſi nō haberēt tutores. Et de eiſdem
ꝯquerit dn̄s ꝑ Eſa. iij. Et rapina pau
perū in domo veſtra. Itē ſi tu es recep/
toꝛ hoſpitū ꝛ recipis in domū tuā hoīes
nō timētes deū ꝛ amminiſtras eis ciba
ria illicita. vt in .xl. lacticinia cū al's ſunt
ſani ꝛ fortes. ꝛ pn̄t vti cibo q̄dragesima
li. ꝛ cū bn̄ haberes eis āminiſtrare cibū
q̄dragesimalē: ſꝫ ꝓpter lucrū amminiſtras
eis cibū illicitū: tūc ꝑticeps eris illorum
peccatoꝝ. Sed diceres. videāt ipi q̇d
ad me. Rn̄deo q͛ ex charitate dei ꝛ ꝓxi
mi obligamur ꝓmouere ꝓximū in his
q̄ ſunt ſaluťʒ ꝛ nō āminiſtrare eis occaſi/
onem peccādi. Itē ſi pincerna es ꝛ hoſ/
pitio r̄cipis luſores. blaſphematores. le
nones q̇ cum meretricibꝫ peccāt q̄ nō ſtʒ
legittime vxores eoꝝ. ꝛ hoc facis ꝓpter
lucrū tꝑale: reus eris oīm maloꝝ. Iteꝫ
paterfamilias q̇ tenet famulū ꝛ ancillā
ſimul peccātes in domo ſua: reꝰ erit illi/
us peccati. Breuiter q̇cquid ꝯmittitur
in domo tua qđ eſt ꝯ deū ab his q̄s hoſ
pitio recipis ſcienter: reꝰ eris oīm malo
rū illoꝝ. ꝛ tales receptores ſunt ſicut ſcu
ta ꝓtegētes eos malefactores. de q̇bus
dicit p̄s. Et ſcuta ꝯburet igni. I Se
xtum peccatū alienū eſt participatio in
pccīs alienis. videlicꝫ cū q̇s ꝑtem habꝫ
in lucro peccati. ꝛ ꝑꝯſequēs ꝑtem habe
bit in pena. vt q̇ ſciēter emūt rapinā vel
furtū: vel inde comedūt vel bibūt. tales
tenenť ad reſtitutōem in q̄ntū de his in/
iuſtis vſi ſunt. etiam ſi ſex vel octo come
diſſent vnā aucā furatā: q̇libet reſtituē
tenereť ꝑtem ſuā quātū ad eum ꝑuenit.
Silr̄ intelligendū eſt de his q̇ a iudeis
dona ꝛ munuſcula recipiūt q̄ ab alijs ꝑ
vſuram receperūt. ꝛ tales tenenť reſtitu
ere: nō ipſis iudeis. ſꝫ ipſis a q̇bus ipi ꝑ
vſuram receperūt ſi habeant noticiā il/
loꝝ. Si naūt: tunc ſm̄ ꝯſilium ꝯfeſſo/
ris debēt dare pauꝑibus. Idē dicendū
eſt de luſoribꝫ ꝛ de his q̇ bona ꝑ ludū ac
q̇ſita recipiūt. quia oēs tales tenētur
ſatiſfacere ſm̄ ꝯſilium prudentis ꝯfeſſo
ris. ergo nullus debet cū luſoribꝫ bibere
vel comedere. nec denarios illos q̄s ad
lumē ponūt recipe. ſicut qn̄ ꝯburuntur
luia pro vno denario tūc recipiūt quat/
tuoꝛ. ꝛ tales tenenť ad reſtitutōem ſm̄
ꝯſilium confeſſoris. Item iudices ꝛ rei/
publice ꝓuidentes q̇ permittūt panem
et vinum minorari ꝓ pecunia. ꝛ alij q̄ꝫ
plurimi q̇ participant quocūq̄ꝫ mō ſciē/
ter in lucro peccati. vt vxores ꝛ pueri in/
iuſta ſciēter hereditātes. vn̄ tam vxores
q̄ꝫ filij ſacerdotum belis ſimul a rege cō
buſti ſunt. vt legiť in Dan̄. ca. xiiij. R
¶ Septimū eſt: cū q̇s mutus eſt in pec
cato qđ corripe ꝛ rep̄hendere teneť. Vn̄
quibus deus ꝯmiſit ſubditos. vt p̄latis
et patribuſfamilias tenenť vt ſubditos
et filios corripiant ꝓut expedire vident
ꝓ loco ꝛ tempore: ne vna cum ipis pere
ant. Unde legiť de ſacerdote Heli. i.
Regū. iiij. qui nō correxit filios ſuos ini
que agētes: vel qui tacuit: vel qui tepi/
de correxit punitus eſt hic ꝑ mortem tē
poralem. q꞉ fractis ceruicibus cadēs de
ſella retrorſum expirauit. ꝛ ſi eſt in infer/
no nō inuenimus aliam cauſaꝫ niſi q͛ fi/
lios ſuos nō correxit vt debuit. propter
qđ dn̄s euꝫ ſubitanea morte interfecit.
Vn̄ cū filij a parētibꝫ: ꝛ laici a p̄latis ſu
is rep̄hendunť: neq̄ꝫ ipſi vel ſubditi in
dignari debēt. nā ad hoc tenēť: al's dā
narenť cū ipis. vn̄ Ezech. iij. Si dicēte

me ad impiū morte morieris: ſcilꝫ ꝑ tua
ſupbia: auaritia: luxuria: ⁊c̄. ⁊ tu nō an/
nūciaueris eis: neqꝫ locutus fueris vt a/
uertaꝛ a via ſua impia ⁊ viuat: ipe impi/
us iniquitate ſua morieꝛ: ſanguinē eius
de manu tua requirā Omia pccā q̄ prela
ti pn̄t corripe ⁊ nō corrigūt ipis imputa/
bunꝛ. ⁊ ꝑ eiſdē dānabunꝛ: Ergo ſap. 5.
Judiciū duriſſimū fiet his q̄ pſunt Itē
ſi ꝯfeſſor dure ꝯfitētē redarguit ꝓpterea
nō debet idignari. qꝛ teneꝛ. Et cōfeſſor
potius debet duo bene expediē q̄ꝫ decē
negligēter. Qꝛ ñ eſt reddituruꝰ rōem de
nūero ꝯfitētium. vtꝝ paucos vl' multos
audiuerit. ſꝫ q̄lit' eos expediuit Si āt cō
feſſor ꝓpter lucrū tpale negligenter expe
dit ſibi ꝯfitētes: grauiter peccat. qꝛ ſm
doctores q̄ aliquē ſciēter abſoluit queꝫ
corā dō ꝓbabilit' ſcit ñ eē abſolutū: ipſo
fcō peccat mortalit'. Videāt g̃ cōfeſſo/
res qūo abſoluūt pōpoſos hoīes q̄ non
itēdūt ſuā ſupbiā dimittere: imo ipſo
facto oñdūt ſuā ſupbiā i veſtimētꝫ pom
poſis: ⁊ in ſciſſurꝫ. ⁊ ſic d̄ alijs peccatori
bus. q̄ oñdūt ꝓbabilia ſigna ꝙ nō hn̄t
firmū ꝓpoſitū abſtinēdi a peccatis vt for
nicarij. ⁊ publici adulteri: q̄ meretrices ⁊
ꝯcubinas ſecū i domo tenēt: nec eas a ſe
amouere intēdūt. Silr' vſurarij ⁊ luſo/
res q̄ nō ſūt parati ad reſtituēdū ſm cō/
ſiliū cōfeſſoris. Silr' ⁊ ſupbi chorizātes
⁊ torneamēta exercētes, q̄ ſuāt illa orna
mēta i q̄bꝫ peccauerūt. Et hꝛ ē euidēs ſi
gnū. ꝙ tales ñ intēdūt firmit' dimittē.
Qꝛ ſi iā intēderēt: reſignarēt talia orna
mēta q̄bus nō vtūtur: niſi ad peccādū
Tūc in futuꝝ opteret eos ſibi alia orna/
mēta ſupbie pparē vbi fortaſſis ſūptꝰ ⁊
pcioſitas taliū cōparādoꝝ eos a pccō
retraheret. Sicut illi ſupbi q̄ hn̄t mag/
na capucia. vnū de q̄nqꝫ vl' ſex vlnis. ⁊
lōgas ſciſſuras in capucijs ⁊ tunicis. et
dn̄e ⁊ puelle q̄ hn̄t magna crinalia i q̄bꝫ
chorizauerūt. ⁊ ſic d̄ alijs. ¶ Octa
uū peccatū alienū nō obſtaē pctis Et hꝛ
ſpectat ad platos ⁊ pſidētes. Vñ vos p
lati ⁊ dn̄ q̄ ſubditos veſtros nō coher/
cetis. ſꝫ dimittitis eos inferre damnum
paupibus pullos. āſeres. anetas. peco
ra auferre. fruges eoꝝ eq̄s veſtris in pa
bulū graminare. fructus hortoꝝ ⁊ vine/
arū furari ⁊ vi accipe. paupes vitupera
re. pcutere. ledē. irridere ⁊ male tractaē
⁊ hmōi. ⁊ nō ꝓhibetis: vos damnabi/
mini. Vñ Ezech. xiij. dicit dn̄s platis.
Nō aſcēdiſtis ex aduerſo: nec poſuiſtis
vos murū pro domo iſrael vt ſtaretis in
domo dn̄. oēs em̄ rectores ad hoc ſta/
tuti ſunt. ꝙ vnuſq̄ſqꝫ terrā ſibi ſubiectā
in pace teneat. Et ſi forte ipſe rector ⁊ p
latus nō ſpoliat ſubditos: tn̄ nō reſiſtit
ſpoliantibꝫ (⁊ ſi eēt in terra ita ampla ſi/
cut vltra mare) oim peccatoꝝ q̄ fiūt in
ea p raptores q̄bꝫ reſiſtē poſſet pticeps
eſt. ⁊ de oibus his reddituruꝰ ē deo rō
nem. Itē vos patreſfamilias ſi filij ve/
ſtri vl' familia mala ppetrant damna in
ferēdo ꝓximis. ⁊ ſi eos ꝓ poſſe nō emē/
datis: ⁊ ſi multa bona opa facētis ieiu/
nādo. orādo. vigilādo. elemoſynas dā
do. ⁊ hmōi. eo minus nō damnaremi.
Cur putatis ꝙ deus ptulerit hoīeꝫ hoī
nūquid ad honorē iſtoꝝ ⁊ delectōem il/
loꝝ. Nō: ſꝫ vnuſq̄ſqꝫ ptātem ad hꝛ a deo
accepit vt malū ſm vires ꝓhibeat. ⁊ ſu
os ſubditos ab incurſibꝫ maloꝝ defen/
dat. Vñ ſi pſidētes poſſunt ꝓhibē ma
la ⁊ nō faciūt damnabunꝛ Jō vos dn̄
et dn̄e qui pmittitis filios vr̄os turpia
ꝟba loquī ⁊ mala ppetrare opa. ⁊ ridetꝫ
⁊ nō ꝓhibetis. ⁊ vos viri familiā vr̄aꝫ
et vos iudices ⁊ potētes ſubditos vr̄os
ſi impedire poteritis talia mala. ⁊ ſi ali/
ud peccatum nō habētis q̄ꝫ illud ſolum
damnabimini Hoc merito facere debe
rēt ⁊ aduertere iſti prelati ⁊ pſidētes qui
de ſua potentia ⁊ dignitate neſciunt ni
ſi gloriari: tota die occupando ſe in tor/
neamentis. haſtiludijs. venationibus.
potationibus. ludis taxillarum. ⁊ ſic d̄
alijs multis mundi vanitatibus. nūq̄ꝫ
vero vel raro ſe occupantes circa pau/

peꝝ:viduaꝝ:clericoꝝ:orphanoꝝ. religi
oſoꝝ ꝛ hmōi iudicia. cuȝ tñ nulla alia de
cauſa vt ꝑmiſſū ē: ðs eis ptātē ꝯtulerit:
niſi ꝑ tuitōe eccl'e ꝛ paupm. Vñ dr Nu/
meri. 25. ꝙ ṗncipes ex iuſſu dei ſtʒ ſuſpē
ſi ꝑ pcc̄o ꝓpli. Vñ dixit dñs ad moyſē
Tolle cūctos ꝓpli ṗncipes: ꝛ ſuſpende
eos ꝯ ſolē ī patibulo. Et h̄ iō ſm glo. qꝛ
fuerūt auctores pcc̄i illi⁹ ꝓpli. vl' qꝛ ñ ꝓ/
hibuerūt M. ¶ Nonū pcc̄m alienū ē ñ
manifeſtaē pcc̄a hoīʒ ad corrigēdū ꝛ ad
emēdādū vt qcūqꝫ ſcit ꝑicl'm alteri⁹ ꝛ eū
nō auiſat ꝛ ṗmunit ſiue ī corpe ſiue ī aīa
aut in reb⁹: cū tñ bene poſſet illuȝ ṗmu/
nire: reus erit ſi h̄ non fecerit. Sic ſi ſci/
res aliquē peccare ꝛ poſſes h̄ māifeſtare
ꝙ impediret ꝛ emēdaret: ſi non faceres
reus eſſes. Itē ſi ſcis rē furatā circa ali/
quē iniuſte detētā: ꝛ non vis dño rei pu
blicaē: vt ſic ſuam rē rehabere poſſit. cū
tñ h̄ cōmode ꝛ licite poſſes. re⁹ erʒ coraȝ
deo in illo pcc̄o. Etʒ ſi vn⁹ inferret dam
nū ꝓxio ī ṗto ſiue ī agro: ſiue ī horreo: et
ſi ꝓclamaēs eundē: tūc tal' ſic ꝓclamat⁹
ceſſaret a dāno īferēdo. ꝛ nolles h̄ facē
ꝓpter charitatē ꝓximi ī ſubſidiū dño rei
tūc re⁹ eēs corā ðo. Itē ſi ꝗs vellʒ aliquē
iniuſte capē: ꝛ tu bono mō poſſes illum
ṗmunire: ꝛ nō faceres: re⁹ eēs. Itē cū vi
deres aliquē occulte peccaē ꝛ poſſes hoc
māifeſtare illi ꝗ poſſet ꝓdeſſe ꝛ emēdaē
ne iſte itez peccaret: ꝛ nolles ea facere. ꝛ
ſic diſſimulares: tūc eēs ꝑticeps illi⁹ cri/
mis. Sʒ aliq̄ dicūt cū aliq̄ iniuſta fieri
vidēt ꝗd hoc ꝑtinet ad me? Rñdeo ill'
Ex ṗcepto fraterne charitatis q̄libet te
net ṗuenīe ꝑicl'ʒ ſui ꝓximi ꝛ corpis ꝛ aīe
cū h̄ cōmode pt. Exēplū: ſi videres cecū
trāſire erga foueā: ꝛ ñ ṗmunires eū: ho/
micida illi⁹ eſſes corā ðo: ſi ī foueā cade
ret. ꝛ ſi ſic moreret. Itē cū ī ſynodo ṗcipi
tur oīb⁹ ī eadē ꝑrochia exiſtētib⁹ vt māi
feſtarēt crimīa publica ad corrigēdū ea
Qð qdā ñ curāt. ꝛ iō ſeipoſ miſerabilit'
dānāt. ꝗ qcūqꝫ cauſa ꝯſāguinitatʒ vl' fa
miliaritatis. vel cā lucri ñ ꝓderet pcc̄m
quod ꝓdendū eēt: ſm iura ſymoniā cō
mitteret ꝛ q̄uiter peccarʒ. Et qcunqꝫ ſcē
ret hereticū vel phitoniſſam ꝛ nō ꝓderʒ
mortaliter peccaret. qꝛ meli⁹ eſſet tales
corruptores fidei ꝓdere ṗlatis eccīe: q̄ꝫ
valde diu in pane ꝛ aq̄ ieiunare.

¶ Explicit tractatus de nouem pecca/
tis alienis.

¶ Incipit tractat⁹ de. vij. pcc̄is morta/
lib⁹. Et ṗmo de pcc̄o mortali in cōi.

Peccatū cum ꝯſummatū fuerit gnat mor
tē. Jaco. i. Hoc intelligit'
de q̄libet pcc̄o mortali. A

¶ Pro q̊ ſciendū ꝙ pcc̄m mortale ꝯmit
tit' q̄ttuor mōis. Primo qñ neſcit ſe face
re ꝯtra ṗceptū dei. vel ꝯ ṗceptū ṗlati vl'
eccīe. vel aliq̄ð viciū de ſeptē vicijs capi
talib⁹. Et in hoc ignorātia non excuſat
hoīem vſum rōis hñtem. vñ Aug⁹. de
grā ꝛ libero arbi. Ideo diuina ṗcepta
data ſunt: vt excuſatio de ignorātia nō
haberet'. Sil'r de ṗceptis eccīe ꝛ ṗlato/
rū intelligit'. qꝛ ṗceptū ṗlati dr ṗceptuȝ
dei. In ſignū hui⁹ xp̄s dicit in euāgelio
Qui vos audit me audit ꝛc̄. Ergo ṗla
tis obediendū eſt tāq̄ꝫ dño ieſu xp̄o: ma
xime in his in q̄bus tenemur eis obedi
re. ſicut qñ ſub ṗcepto ṗcipiūt ieiunare
vel feſta ſcōꝝ celebrare. ꝛ ſic de alijs. Er/
go qcunqꝫ ſine cauſa ꝛ neccītate ſciēter ꝛ
ex ꝯtēptu ꝯtra hmōi ṗceptū ṗlati vel ec
cleſie fecerit peccat mortaliter. ¶ Queri
tur vtrū aliq̄ ignorātia poſſit hoīem ex
cuſare de peccato? Reſpondet' ꝙ eſt tri
plex ignorātia. Prima inuincibil'. ꝛ iſta
eſt duplex. ſ. innata vt in puerʒ ꝛ in amē
tibus adultis: q̄ nūq̄ꝫ vſum rōis habue
rūt. Alia ex caſu. vt in adultis q̄ hñt rō
nem. ꝛ poſtmodū qñqꝫ incidūt in amen
tiam ꝓpter debilitatē capitis vel ꝓpt' ni
miam abſtinentiā vel de alijs cauſis. et
talis ignorātia inuincibil' excuſat a pec
cato mortali. Vñ Areſto. iij. Eth. Ig

norātia excuſat pccm Qr q̄cq̄d faciunt tales excuſāt Q̄r nullꝰ pt facē pctm̄ mortale q̄ n̄ hꝫ vſū rōis. Sꝫ ſciēdū ē q̄ ꝓpter aliq̄d illicitū qḋ p ſe ē pccm mortale ici/derit i amētiā. puta ꝓpt amorē iordinatū: vl' ꝓpt nimiā iordiatā triſtitiā ḋ tpalib' vl' hmōi. Vel etiaꝫ alias exn̄s in q̄cūq3 pcc̄o mortali ſi ex ꝑmiſſiōe diuia i/ciderit in amētiaꝫ mētis. ꝛ ſic morit' i ta/li ſtatu dānabit'. q2 nullū pccm mortale dimittit' ſine cōtritōe. quā ille carēs vſu rōnis non hꝫ. nec habere pt. Queritur de illis q̄ in extrema neceſſitate perdunt rōem. Rn̄det' q̄ ſi talis eſt i gratia ꝯſti/tutꝰ: ꝛ ſic ꝑdit rōem. ꝛ ſi ſic morit': ſaluat' Ergo qn̄q3 ꝑmittit hoc deꝰ euenire illis bonis hoīb' q̄ ſūt puſillanimes ne in ex/tremis a demōib' decipiant'. q2 tūc maxime tēptatōes occurrūt hoi. Si āt eſt i peccato mortali ꝯſtitutꝰ: ꝛ ſic ꝑdit rōeꝫ ꝛ ſi ſic morit' damnat'. Ergo etꝫ qn̄q3 ꝑmittit h̄ deꝰ euenire mal' hoīb'. q̄ deū in vita ſua nō q̄ſierūt: ſ3 eū peccādo ſepius ꝯtēpſerūt. Qui etꝫ i morte nō poterūt eū q̄rere ꝛ inuenire. Augꝰ. in q̄daꝫ ſmone Percutit' hac animaduerſiōe pccōr vt moriēs obliuiſcat' ſui: q̄ dū vixit: oblitꝰ ē di. ¶ Scḋa ignorātia cū q̄ dānat' q̄s dicit' ignorantia neglecta. ꝛ ē cū ſciē pūt q̄ ꝑcepit vel ꝓhibuit ds: ꝛ q̄ ad ſalutem ꝑtinēt. ſ3 occupatiōib' extēiorib' ſe itm̄ implicant. q̄ ḋ ill' nō curant. dicūt ei q̄ ſufficiat eis q̄ ſciūt ſe bonū debere facere: ꝛ malū dimittere Et itm̄ ē dictū ac ſi q̄s q̄reret qm̄o ditabor. Et aliꝰ rn̄deret ei: Eme ꝯtinue in q̄ lucrari poſſis. ꝛ nūq̄ ꝑdere. Nō ſufficit: ſ3 oportet ſcire q̄ ſūt ꝑcepta vl' ꝓhibita a deo. Et q̄ ſūt de neceſſitate ſalutis. ergo tal' ignorantia nō excuſat. Querit' qm̄o q̄libet adultus habens vſum rationis tenetur ſcire decem precepta? Reſpondeo q̄ ſcire precepta dei poteſt capi dupliciť. Primo ſcire ex/plicite: hoc eſt ſcire precepta dei ſm or/dinem enumerare quod eorum ſit pmū et quod ſit ſcḋm ꝛ quod tertium. et ſic de alijs. Scḋo modo ſcire implicite hoc eſt ſcire quod eſt ꝓhibitū in ꝑceptꝫ dei non concupiſcere rem ꝓximi' Nō falſum teſtimoniū ꝓferre. nō aſſumere nomē dei in uanū. ꝛ ſic de alijs. ſ3 qḋ ſit ꝑ/ceptū octauū vel qḋ ſit ſextū ꝛc̄. hoc nō ſcit nec tenet' ex nc̄citate ſcire. ſ3 tenet' ſci/re implicite: q̄ hoc eſt vnū de ꝑceptꝫ decalogi. Non falſum teſtimoniū dices. ſ3 vtrū ſit quartum vel octauū: hoc laicus de nc̄citate non tenet' ſcire. ꝛ ſic de alijs/ Scire tn̄ ꝑcepta dei ad minus implici/te eſt ſcia dei: quā quilibꝫ chriſtianꝰ ha/bere debet. Vn̄ Ambro. ſup ep'lam ad Cho2. Qui ſciam dei nō habet: reꝰ erit ignorātie maxime eoꝝ q̄ ꝑtinent ad ſa/lutem. Item ſunt aliq̄: qui licet non ſint negligētes ad diſcendū: tamē ſtudēt audire ꝛ nō diſcere curioſa: q̄ non ſunt multū nc̄caria. ꝛ hoc magna deceptio dia/boli eſt Vn̄ Bern̄. de duodecim gradibus humilitatis. Curioſitas eſt ſtudiū ꝑſcrutandi ea que ſcire eſt nulla vtilitas vn̄ Salomon. Altiora te ne queſieris. ſ3 que precipit deus: illa cogita ſemper. Vn̄ ap'ls ad Rhoma. xij. Nō plus ſapere q̄ꝫ oportet ſape. ſed ſape ad ſobrie/tatem. Vn̄ ſtudium noſtrū ad diſcēdū debet verſari circa nos ipos. ꝛ circa nr̄āꝫ ſalutē. Ambroſiꝰ. Multo melior ꝛ laudabilior es ſi te cognoſcis: q̄ꝫ ſi te negle/cto curſum ſiderū: vires herbarū. cōple/xiones hominū: naturas aīalium cog/noſceres. ꝛ ſciam omniū celeſtium ꝛ ter/reſtrium haberes. Qualiter aūt debeamus noſmetipſos ꝛ vitam noſtrā ꝯgnoſcere oſtendit idem ambroſius dicens. Vitam tuā quotidiana diſcuſſione examina. Attēde diligenter quātum ꝓficias: quātum deficias. qualis ſis in moribus: qualis in affectōibus. q̄ꝫ ſilis deo q̄ꝫ diſſimil'. q̄ꝫ ꝓpe. q̄ꝫ longe. Vn̄ Chriſ ſup Matheū. Nō minima ps philoſophie eſt cognitio ſui. Tertia ignorantia dicitur ignorantia affectata cum q̄ non ſolum damnat' homo. ſed etiam q̄uiſſi/

me pro eis punitur. Eſt aũt quando qs
contẽnit ſciẽ: vt eo liberi⁹ poſſit peccare.
hanc habuerũt pharisei de chriſto. ⁊ ad
huc multi chriani habẽt qui fugiũt pre
dicatões. Et eſt malũ ſignũ q homo nõ
pt nec vult audire veritatem. ⁊ hoc ideo
contingit. quia excecauit eos diabolus
et etiam ꝓpria malicia eoꝝ. Vñ ps Po
luit intelligere vt bene ageret. Et tales
decipiũt ſeipſos. vñ Iſi. de ſummo bo.
Sũt qui ꝓpter ignorantiã excuſatiões
ſcire nolunt: vt minus culpabiles vide/
antur. qui tamẽ ſeipſos nõ muniũt ſ; de
cipiunt Inſup ⁊ in talibus eſt magna p
tinacia. Vñ Iſid. ibidẽ. Neſcire ſimpli
citer ad ignorãtiam ptinet. noluiſſe vero
ſcire ad ꝯtumacem ſupbiã ¶ Se
cũdo modo ꝯmittitur pccm̃ mortale ꝓp
ter ꝯſcientiã erroneã. vt cum quis facit
aliquid qđ in ſe nõ eſt cõtra pceptuz dei
nec vnũ de ſeptem peccatis capitalibus
ſed ꝯſcia diffinitiue hoc iudicat eſſe pec
catum mortale. ⁊ ſic ſup hoc facit. ⁊ tal'
ꝯſcia eſt multũ periculoſa. q₂ tales faci
unt ſibi peccata ⁊ illaqueãt ſe periculoſe
et hoc fit inſtigante diabolo. q cũ nõ po
teſt eos in manifeſta peccata inducere ſi
cut in luxuriã. in gulã. ⁊ ſic de alijs. tũc
inducit eos in pplexitatem peccandi. q₂
quicqd fit ꝯtra ꝯſcientiã: edificat ad ge/
hennam. Et hoc ſic ptz. q₂ Aug⁹. dicit
q omĩe peccatũ eſt cõtra legẽ dei. Nõ
licet aliqua in ſe nõ ſint ꝯ legez dei. vt le/
uare feſtucã de terra. vel calcare ſup ca/
lamum. ⁊ ſic de alijs. Si tale qđ comp/
henditur a ꝯſcientia vt ꝯtra legẽ dei exi
ſtens. ⁊ ſic volũtas in ipm fertur: mani/
feſtum eſt q volũtas ferret p ſe loquẽdo
et formaliter in id quod eſt ꝯtra legẽ dei
et hoc facit qđ putat eſſe ꝯtra legez dei
Et ſicut periculoſum eſt habere nimis
amplam conſciẽtiam. ſic inquietũ eſt ha
bere nimis ſtrictam: medium optimum
erit ⁊ ſalubrius. Vñ Eſa. Ponit deus
in medio ſpiritum ſuũ. Unde Areſto.
ij. Eth. Medium in oĩbus eſt laudabi
le. Ergo ſi vis quieto corde deo ſeruire
tunc debes tibi eligere diſcretũ confeſſo
rem ⁊ ꝓbatum in vita ⁊ ſcientia. ⁊ ei te
ex toto committere. ⁊ tibi nũq̃ȝ diffiniti
ue debes aliquod peccatũ mortale for/
mare vbi nõ es certus. ſ; ſimpliciter con
fiteri debes factum in ſe iudicio cõfeſſo/
ris relinquendo. Sciendum tamen q
aliud eſt timere. ⁊ aliud eſt cõſcientiam
diffinitiuam habere. q₂ timor ꝯſcientie
non ſp eſt peccatum: nec vituperandus
niſi ſit nimis exceſſiuus. Vñ Gregori⁹
Bonaꝝ mentiũ eſt ibi culpam agnoſce
re vbi culpa nõ eſt. Idem in moralibus
Iuſti omĩe quod agunt metuũt: dũ cau
te conſiderent ante quem iudicez ſtabũt
Sciendum q licet timere debeam⁹ di/
uinam iuſticiam: tamẽ etiam ſperare de
bemus in ſuam miſericordiam ⁊ bonita
tẽ. Unde btũs Aug⁹. Simus diligẽ/
tes dei miſcdiam: metuẽtes eius iuſtici/
am: nec de remiſſione peccatoꝝ deſpere
mus. ¶ Tertio peccatũ mortale ꝯmit/
titur: qñ vnus plus diligit vel timet cre
aturam q̃ȝ creatorẽ. ſicut ſi plus vel eq̃
diligis vxorem ꝓpriã vel filios vl' hono
rem tuũ vl' alia tpalia ſicut deũ vel vltra
deũ. ⁊ ſic facis creaturã deũ tuũ. q₂ quic
quid diligis vltra deũ: hoc eſt de⁹ tuus
Vñ Aug⁹ Hoc ab hoĩe colit' qđ prece
teris diligitur. Et talis q ſic pponit cre
aturam creatori: peccat mortaliter. Et
rõ eſt. q₂ tunc facit ꝯtra pceptum chari
tatis: in quo pcipitur deum diligere ſu/
p omnia. ¶ Et notandũ q qli/
bet de numero ſaluãdoꝝ ſic debȝ dilige
re deũ ſup oĩa. q poti⁹ deberet oĩa trã/
ſitoria ⁊ tpalia pdere. inſup ⁊ omĩa ma/
la huius mũdi tolerare: q̃ȝ deũ cum vno
ſolo peccato mortali offendẽ. Vñ ap'ls
Quis nos ſeparabit a charitate dei: an
tribulatio. an ãguſtia. an fames. an nu
ditas. an gladius. an mors. an vita O
q̃ȝ miſeri homines ſunt iſti: qui propter
modicam ſubſtantiam temporalẽ (quã
iniuſte lucrantur) ſeparant ſe a deo.

Vel etiā ꝓpter modicam delectatōem
carnis quā pn̄t habere in vno actu luxu
rie deū deſerūt. Vel etiā q̄ ꝓpter modi/
cā gloriā trāſitoriā ⁊ ſupbiam quā hic q̄
runt in ſupbia ⁊ ornatu veſtiū deū ⁊ ſo/
cietatē ſcōꝝ ⁊ angeloꝝ ꝑdunt. ⁊ ꝯſequē/
ter ſtola glorie ⁊ aīe ſe priuāt. vn̄ Chri/
ſoſto. in ſermone q̊dā. Excludi a bonis
eternis ⁊ alienū effici ab his q̄ ꝑparata
ſunt ſcīs: tantū cruciatū ⁊ tātū dolorē in
fert: vt ſi nulla extrinſeca pena torquerꝫ
hec ſola ſufficeret. Quarto mō ꝯmittit
peccatū mortale qn̄ actus peccati venia
lis ordinat in finē peccati mortal'. Ver/
bi gratia. vnū verbū iocoſuꝫ in ſe eſt pec
catū veniale. Sed ſi loq̊r verbū iocoſuꝫ
cū muliere vel virgine ea intētōe vt poſ/
ſem eā allicere ad peccandū mecum tūc
illud verbum erit mihi peccatū morta/
le: nō ꝙ verbū iocoſum in ſe ſit peccatū
mortale. ꝫ quia refero in hūc finem q̄ fi/
nis in ſe eſt peccatū mortale Et ſic ꝓpter
talem intētionē erit peccatū mortale qđ
vni qui ſimile verbū in ioco eſſet locutꝰ
eſſet veniale. Item aliud exemplū Duo
tangāt vnam mulierē vel virginē. vnus
ex ioco ⁊ leuitate tūc vix peccat venialit
alius cū intentōe alliciendi eā. Et ſic il/
le ꝓpter intentōem talem tāgens ſic mu
lierē vel virginē peccat mortaliter. ⁊ ſic
de alijs. Silr de viſu. duo vidēt mulie
rem pulchrā. vnus videt eā tanq̄ rem
pulchrā vel himaginē pulchrā. Et hoc
nō eſt peccatū vel forte vix veniale. Ali
us videt eā cōcupiſcendo eam. ⁊ ſic ille
peccat mortaliter. Vn̄ xp̄s in euāgelio
Qui viderit mulierē ad ꝯcupiſcendū eā
⁊c̄. O deus quot ꝯtingunt talia pecca
ta in mūdo iſto: etiam ſine actu luxurie.
ꝫ ſolummō tāgendo. āplexando. loquē
do. videndo. ꝯcupiſcendo. ⁊ ſic de alijs
modis de q̄bus plures modicā vel nul
lam ꝯſcientiā hn̄t. O immūde munde
quot damnātur a te. q̄ neſcienter cadūt
in infernū. Chriſ. ſup Matheū. O q̄
miſerrimꝰ eſt mūdus. ⁊ miſeri q̄ eum ſe
quūtur. ſꝑ eñ hoīes mundi opa excluſe
runt a vita. Et ſic habemus illas q̄ttu/
or regulas de pccō mortali ⁊c̄.

Damna peccati mortalis. F

Peccatū mortale ꝯfert plura dā
na Primo nocet ipi facienti. Se
cūdo illis q̄ ſunt in purgatorio.
Tertio dānatis in inferno. Quarto ſal
uatis in celo. Quinto viatoribꝫ in hoc
mūdo. Poſtremo ipi xp̄o. Primo nocꝫ
ipi facienti. ⁊ hoc in vita ⁊ in morte. ⁊ etiā
am poſt mortē. Vn̄ p̄s. Delictū meum
ꝯtra me eſt ſempꝫ ⁊c̄. Primo facit ho
minē miſerum in pn̄ti vita. quia ſpoliat
eum om̄ibus bonis ſuis ⁊ meritis que
quis fecit: ⁊ oībus virtutibus ⁊ gratijs
Si tot bona opa q̄s haberet ⁊ etiā vir
tutes quot paradyſus hꝫ nobiles arbo
res. flores. herbas. ⁊ radices Itē quot
celū ſtellas. q̊t guttas mare. hec oīa per
vnū mortale peccatū pereūt. quia nūq̄
habebit aliquod bonū in celo ꝓ his oī
bus. niſi ꝑ pn̄iam recuperabit. Ezech.
xviij. Si auertit ſe iuſtus a iuſticia ſua.
et fecerit iniq̄tatem: nūquid viuet? om/
nes iuſticie quas fecit nō erūt in memo/
ria. Inſuꝑ nihil boni p̄t opari qđ ſit ſi/
bi meritoriū vite eterne q̄diu ſciēter ſtat
in vno peccato mortali. Vn̄ Leuit. xxij
Si maculā habuerit nō erit acceptum
a dn̄o. Eſa. i. Non accipiā de vobis ſa
crificiū. q2 manus veſtre ſanguine plene
ſunt. Ergo dicit mortale. q2 ſicut mors
corpis ꝓuat hoīem vſu oīm membrorū
Sic quodāmodo peccatū mortale fa/
cit ſpūaliter. q2 peccator nihil pōt mere/
ri nec loquēdo nec orādo nec ieiunādo.
et ſic de alijs. Etiā ſi tot bona opa face/
ret ſicut om̄es hoīes faciūt: nihil meret
in celo Ergo pccōr ꝯparatur beſtijs ter
re: que ꝓ laboribꝫ ſuis nihil recipiūt ð
gaudijs celi. cū tamē laborēt fame. ſiti.
et graui onere. p̄s. Hō cum in honore
eēt nō intellexit: cōparatus eſt iumētis.
Sed talia bona q̄ fiunt in mortali pec/
cato remunerātur hic tēpaliter. q2 nullū

bonū irremuneratū. Et hec est vna cau/ſa quare peccatores pſperant in hac vi/ta. q2 hic remunerant p ſuis opib9: z ibo carebūt futura remuneratōe. Vñ Gre. Magn9 afflux9 tpaliū: eſt eťne dānati/onis inditiū. Ergo multū timendū eſt cuilibet: q̄ ſcient ſtat in pccō mortali cū pſperat in hac vita: ſic q ptinue ē ſan9 letus diues. z oīa q̄ deſiderat ei pſpere adueniūt. q2 ſm Greg. Mali floretes ī pñti bonis tpalib9 tanq̄ p amena pra/ta ducunt ad interitū. Itē puat pccōr pticipatione oīm bonoꝝ que fiūt in ec/cl'ia ab oībus fidelib9. De qua partici/patōe dicit. ps. Particeps ego ſu3 oīm timentiū te. z cuſtodientiū mādata tua. Bon9 xp̄ns in gr̄a h3 participatōe3 om nīū bonoꝝ ſc3 miſſarū. oꝛonū. ieiunioꝝ: z ſic de alijs que fiunt in eccl'ia. Et h̄ ex charitate euenit. q2 ſum9 inuicē mēbra vnius corpis. z oīa bona fluunt de vno in aliū. ſicut p3 in ſtomacho hoīs. q̄ im/ptitur alijs mēbris que h3. Sed pccōr eſt membrū abſciſum. g̃ non viuificat. nec pticipatōem recipit de alijs mēbris Itē puatur bonis tpalib9: q2 indignus erit vti bonis tpalib9 qui ante pccm dig nus erat celo z celeſtib9 bonis. poſt pec/catū non eſt dignus pane quo veſcitur. Ergo moderati9 vti eo deberet q̄ntum cunq̄ poſſet. Vnde Ezechi. 4: Panē tuū in pondere comedes: z aquam tua3 in menſura bibas: imo indignioꝛ eſt oī/bus creaturꝫ irratōnabilib9. q2 tales nū quā deū ſuum offenderunt: ſ3 tu multo/tiens deū offendiſti z ad iracundiā eum contra te concitaſti. Vñ ariſto. 7. ethi. Prauus hō deterioꝛ eſt beſtia. Idē p/mo politi. Sicut optimu3 aīaliū eſt hō fruens lege z iuſticia. ſic peſſimū eſt hō a lege z iuſticia ſepatus. g̃ ſi indignioꝛ eſt oībus creaturis irrationabilib9: tūc con ſequent ſequit: q non eſt dign9 vti crea turis. Ergo pccm fecit hoīem tā miſeꝝ q nulli9 boni nec ſpūalis nec tpalis ē di/gnus. nec eſt dign9 terrā calcare. nec lu/men celi videre. z ſic de alijs. q2 indigni/oꝛ eſt oīb9 creaturis corpalib9. igit ſeqt. non eſt dignus vſu creaturarū dei. Er go miſeria pccōris tam magna eſt z pe/riculoſa: q ſi oēs creature deflerēt miſe/riam peccatoris. ſc3 oīa ligna. oms lapi des: z oīa aīalia terre. z oēs aues celi. z oēs hoīes viuentes: non tamē cōdigne damnū peccatoris in qd p vnū peccatū mortale incidit deflerent. Sed heu quī dam pccōres centū mortalia pccāv'et ꝫ plura cōmiſerunt: nec vnam gutā flent: Rō huius eſt. q2 non cognoſcunt q̄nta bona pdiderunt: z in quot mala incide/runt. Si hec veracit cognoſcerēt z pp ē/derent. non ſolum ploꝛandū eſſet eis: ſ3 etiam vlulandū. Quia nihil tam malu3 homini q̄ pccm mortale. meli9 eſſet ho mini: q decem milia demonia in ſe h̄ret vel cum gladijs oībus qui fabricati ſūt transfigeretur. vł in oīni igne cōbureret q̄ q cum vno pccō mortali deū ſcienter vel voluntarie offenderet. Quia pccm cū pſummatū fuerit: gñat mortē ſc3 ipſi/us anime. que moꝛs magis timenda eſt q̄ moꝛs corpoꝛis. Vñ gregori9 in mo/ralib9. Morte corpoꝛis oīs hō poti9 de beret moꝛi q̄ cū vno pccō mortali deu3 offenderet Unde ariſto. 4. eth. Meli/us eſt moꝛi q̄ facere ꝯ virtutē ſc3 bonu3 virtutis. G ¶ Sequit videre: quō pccm nocet homini in morte. z hoc ē no cumentū q aīa videt tunc oīa pccā ſua qñ eni ipa egredi debet d̄ corpe. tūc au gmentat doloꝛ. q̄ añ in coꝛ hoīs illi9 nō aſcendit. vñ tūc pdit ſenſus ſuos. nō co gitat aīa ammō de corpe nutriēdo: ſ3 vir tutes ſuas naturales p mēbra diffuſas ad ſe trahet. z tūc videt oīa pccā ſua ſu/p caput ſuū. Vñ ps. Torrētes iniq̄ta/tis pturbauert me: z tūc cū videt ſe ſep a rari a dō xp̄t pccā ſua pt dicere illō ps. Circūdedert me laquei moꝛtis. i. pccā. Tūc aīa miſeri pccōris vidit demones circūſtātes. z eā pꝛoccupātes. z eā ad in/fernū trahētes. Vñ Job. xx. Uadent

⁊ veniēt ſup eū horribiles. glo. i. demo/
nes. O q̄uo tūc ꝯturbabit pc̄coꝛ: cū vi/
derit ꝯcurſū demonū ad aīaꝫ. Threno.
p̄: Om̄s inimici ei⁹ app̄hēderūt eā īter an
guſtias. Item in morte aīa ꝑuat coꝛ
poꝛe ꝓpꝛio. qđ nūꝙ̄ in tali forma reaſſu
met: īmo vellet hr̄e ſic q̄n ꝑ dimidia ꝑte
corroſū ē a v̄mib⁹. Oꝛ ſtupebit aīa pc̄co
ris q̄n corp⁹ trāſumēdū videbit. ¶ Itē
n̄ ſolū corꝑe: ſꝫ etiā ꝑuat oī ſolatio viſibili/
um q̄ dilexit. ſcꝫ. cibo. potu. filijs. vxoē
cognatꝭ honoꝛib⁹ ⁊ diuitijs. O q̄ꝫ amar
erit ſeꝑari ab his q̄ īoꝛdīate dilexerūt. et
ꝓpt̄ q̄ ſalutē ſuā ſepi⁹ neglexerūt. ps̄. Hō
cū iterierit n̄ ſūet oīa. neqꝫ deſcēdet cū eo
gl'ia. Lu. 22. Stulte hac nocte repetēt
aīam tuā a te. ⁊ q̄ paſti cuius erūt. Se
quit̄ vidē q̄uo pc̄cm noceat hoī p⁹ moꝛ/
tē. ⁊ ē h̄ nocumētū ꝙ hō ꝑuat oī ſpe di/
uine miſcđie. ⁊ ſuffragijs toti⁹ eccl'e. Vn̄
Greg⁹. in moꝛal'. Neq̄ꝙ̄ vltra miſcđia
parcētis liberat. q̄s ſel' in locis penalib⁹
iuſticia iudicantis dāṅat. Ergo ſi om̄s
hoīes ī mūdo ꝓ vna aīa dānata interce
derēt: neq̄ꝙ̄ eos dn̄s exaudiret. Ratio
ē. qꝛ ī iferno nll'a ē redēptio. Vn̄ beat⁹
Aug⁹. đt. Si pr̄em meū ſcirē ī iferno. n̄
pl⁹ oꝛarē ꝓ eo q̄ꝫ ꝓ diabl'o. Qꝛ nll'o mō
oꝛādū ē ꝓ dānatꝭ: qꝛ ſūt ꝓiecti in tene/
bꝛis exterioꝛes. i. extra oēꝫ ſpē diuīe mi
ſcđie. Itē ꝓ momētanea delectatōe et/
nā penā ſuſtiebūt. ⁊ et̄na dei viſiōe care
būt ⁊ ſocietate oīm electoꝝ. ps̄. Cōuer/
tant̄ pc̄coꝛes ī ifernū. Qui iō fact⁹ ē dī
iuſticia oꝛdināte: vt q̄ deū noluit ſeq̄ ad
gl'aꝫ: in iferno ſuſtineat et̄nā miſeriam.
Vn̄ Aug⁹. ī ſmone q̄dā đt q̄re ī iferno
moꝛs q̄rit̄ ⁊ n̄ iuenietur. q̄m q̄b⁹ ī h̄ ſcl'o vi
ta offert̄. ⁊ nolūt accipe: ī iferno querent
moꝛtē ⁊ n̄ poterūt iuenire. H ¶ Pe/
ne īferni timēde ſūt ꝓpt̄ earū et̄nalitatē
Vn̄ aug⁹: đt. Ignis nr̄ ē q̄ſi depict⁹ ig
nis reſpectu ignis īfernal'. Ignis nr̄ tm̄
extrinſec⁹ vrēs ledit ꝑuſq̄ꝫ penetret ner/
uos ⁊ oſſa. hō moꝛit̄ ⁊ n̄ ſentit vltra ſeſſio
nē. Sꝫ ignis īferni ſentit̄ ī oīb⁹ viribꝫ
ipi⁹ aīe. cute carne. neruis ⁊ oſſib⁹. ⁊ me/
dull'ꝛ pil'. q̄ oīa pl⁹ candēt q̄ꝫ candēs fer
rū. Exēplū đ acerbitate ignis iferni. Le
git̄ ī libꝛo petri cluniacēn vbi narrat̄ ꝙ
fuit q̄dā ſacerdos ī pictauia. q̄ ſubiect⁹
ml'tis vitijs īduct⁹ a ꝑoꝛe q̄dā ꝓmiſit ſe
oꝛdinē ciſterſiēn. itraturū. ſꝫ differebat đ
die ī diē. Cū aūt ſubito ifirmaret̄: ⁊ ꝑoꝛ
aduocat⁹ eſſꝫ. īducebat eū ad reddēduꝫ
ꝓmiſſū ſꝫ illo adhuc differēte. Ecce ſubi
to clamauit. pr̄ oꝛa ꝓ me. ecce dracōes
veniūt ad deuoꝛandū me. Illo v̄o cum
alijs aſtantib⁹ oꝛante liberat⁹ ē. ſꝫ nec ſic
ipleuit ꝓmiſſuꝫ. ⁊ ecce iterū icepit clama/
re petens oꝛōes dicens. ecce ignis occu/
pat me ad deuoꝛandū me. ſꝫ tūc iterū li
berat⁹ ad oꝛones nō iplebat ꝓmiſſum.
Et ecce ſubito fact⁹ ī extaſi. ⁊ raptus ad
iudiciū audiuit ſnīaꝫ ꝯ ſe ferri dānatōis
⁊ rediēs ad ſe ait. Ecce duo demōes fe/
rūt ſartaginē magnā vt frigar ī ea ī eter/
nū. ⁊ tangēs cucullā ꝑoꝛis dicebat. Nō
inſanio: ſꝫ ſic verū ē ꝙ h̄ ē cuculla: ita veꝝ
ē qđ dico. Sꝫ cū hec diceret: cecidit de
ſartagīe vna gutta ſuꝑ manū eius. q̄ pe
netrauit ⁊ deuoꝛauit carnē vſq̄ꝫ ad oſſa.
Et ait. Nō ſaltē credite mihi. Ecce nūc
demōes ꝓijciūt me ī ſartaginē. ⁊ hec di/
cēs expirauit infelicit̄. Inſuꝑ et̄na dei
viſiōe carebo. ⁊ ſocietate oīm electoꝝ.
Vn̄ Chriſoſtom⁹ in ſmōe. Excludi a
bonis et̄nis: ⁊ alienū ſiue indignū effici
ab his q̄ ꝑꝑata ſtꝫ ſcis tm̄ cruciatū ⁊ tm̄
doloꝛem infert. vt ſi nulla extrinſec⁹ pe/
na toꝛqueret: hec ſola ſufficeret. I
¶ Secundo peccatū nocꝫ his qui ſunt
in purgatoꝛio per ſuffragioꝝ diminu/
tionem. quia hos qui ſunt in purgato/
rio non poſſunt peccatoꝛes iuuare tam
efficaciter ſicut ſi eſſent in gratia. Queri
tur vtrum ſuffragia facta per miniſtros
malos pꝛoſint defunctis. Reſpōdeo ſm
Tho. ſupꝛa. 4. diſtin. xlv. Suffragia
per malum miniſtrum fiunt tripliciter.
Pꝛimo ſi fit ex pꝛopio motu ipius mini
ſtri. ⁊ ſic non ꝓſunt eis. Quia quicquid

orauerit vel fecerit pro animabꝫ per ſelo quendo non ꝓdeſt eis dummō eſt ī peccato mortali niſi ex conſequenter ꝑ accidens. ſcꝫ inquātum per elemoſinā mali hoīs paupes excitati orāt ꝓ defunctꝭ ⁊ hec orō prodeſt eis. Scđo modo poſſunt fieri vt per miniſtrū publicū dei vel totius eccleſie ſicut quādo ſacerdos celebrat miſſam vel exequias mortuoꝝ ī eccleſia. ⁊ quia iſte intelligitur facē ſub cuius nomine. ſiue ſub cuius vice fit: inde ē ꝙ ſuffragia tal' ſacerdotis q̄uis ſit peccator ꝓſunt defunctis. Tertio mō pñt fieri per malum miniſtrum. vt per miniſtrum priuatum. ſcꝫ alicuius ꝑuate ꝑſone exiſtentis in charitate: ſiue talis perſona ſit defuncta ſiue viua. ⁊ talia ꝓſunt Sicut ſuus exiſtēs in pccō mortali qđcunqꝫ opus miſcđie facit ex p̄cepto dñi ſui charitatē habentis. magiſ tñ ꝓdeſſꝫ ſi etiā miniſtri in charitatē eſſent. quia tunc illa opa eſſent meritoria ex duab⁹ p̄cibus. R ¶ Tertio nocet dānatis. ⁊ hoc per modū cōiunctōis: q̄nto ei plures in inferno ſunt. tanto maior horror erit in pena. Unde eſt ꝙ infern⁹ tanto fortius ardebit quāto pl'es habebit.

¶ Querit' vtꝝ dānati velint oēs hoīes dānari q̄uis ſciāt ex hoc penā eorū augmentari? Reſpondeo ꝙ ſic. etꝭ parētes ſuos ⁊ vxorē ⁊ filios. ⁊ hoc ꝓpter ꝑfectiſſimam inuidiā que eſt in eis. Sicͭ in beatis eſt perfectiſſima charitas: ita in eis ē perfectiſſima inuidia que facit appetere malū alioꝝ. Hoc etiā pꝫ in illis inuidioſis viuentibus in hoc ſeculo. in quibꝫ tamen adhuc non eſt perfecta inuidia. ſed tñ dānati min⁹ īuidēt ꝓpīqs q̄ aliēis. vñ coꝝ pena maior eſſet ſi oēs ꝓpinꝗ dānarentur ⁊ alij ſaluarent' q̄ ſi aliꝗ đ ſuis ſaluarēt' Ex h̄ fuit. ꝙ diues epulo petijt frēs ſuos a dānatōe eripi Cogitabat eī ꝙ aliꝗ eriperēt'. ⁊ illos voluit eē ſuos fratres poti⁹ q̄ alios. Vñ ſi poſſibile eſſet mallet poti⁹ oēs ſimul damnari. Et in hoc concordat Tho. ſuper quarto.

¶ Quarto nocet ſaluatis. quia pccōr ꝑſeuerans in pccīs ꝑuat ſctōs accidentali gaudio qđ haberēt de ei⁹ cōuerſione. Vñ Lu. xv. Gaudiū ē āgel'. ſu. v. p. p. age. ⁊ ñ ſolū āgel'. ꝫ etꝭ oībꝫ ſctīs ēit gaudiū de cōuerſiōe pccōris. Itē nocet eis per modū ſubtractōis. Nā ex cōſortio ⁊ ſocietate beatorū habet' gaudiū accñtale. q̄ꝛ q̄ñcūqꝫ vna aīa euolat ad celū: tūc gaudiū accñtale erit oībꝫ btīs in celo. et vnuſquiſqꝫ cū alio diuidet ſua merita ex charitate. Et qđ vn⁹ in ſeipo non hꝫ: h̄ in alio inueniet Vñ greg⁹. ī moral' Tāta vis nos in illa pace ſociat. vt qđ vnuſq̄ſqꝫ ī ſe ñ acceperit. h̄ ſe accepiſſe ī alio exultat. Anſel. Unuſq̄ſqꝫ intm̄ gaudet de alteri⁹ gaudio in q̄ntū de ſuo ꝓprio. Hoc bono ⁊ gaudio ꝑuāt' electi q̄ntum ad illū pccōrē ꝑtinet q̄ damnat': lꝫ hoc ī vno alio habebūt. q̄ loco illi⁹ ſubſtinet'. q̄ꝛ nūer⁹ elcōꝝ īfallibilit' adīplebit'. Vñ Apoc. iii. Tene qđ habes. ne ali⁹ accipiat coronā tuā ¶ Quīto nocet viatoribꝫ id eſt ill' q̄ adhuc ī mđo viuūt. q̄ꝛ ſepe boni in vita pñti puniunt' tēporalit' ꝓpter pccā malorꝫ hoīm. q̄ꝛ ſicͭ q̄ñqꝫ vna cōitas meli⁹ hꝫ ꝓpter vnū bonū hoīeꝫ: ſic et q̄ñqꝫ pl'es puniūtur ꝓpt' peccata vnius Q̄ꝛ vt frequēter permittit deuſ fieri tempeſtates aeris. ſterilitates terraꝝ. et huiuſmōi plagas ꝓpt' pccā ⁊ demerita maloꝝ. ⁊ ſic boni q̄ñqꝫ puniunt' tꝑalit' ꝓpt' malos. Itē ꝓ eo ꝙ mali bonos ſuo malo exēplo q̄ñqꝫ corrūpūt ⁊ ꝑuertūt. q̄re eī tot eēnt ꝑuerſi hoīes: niſi ꝙ mali ſeinuicem inficiūt. Sicut vn⁹ infirm⁹ ab alio inficit' corporalit': ſic ⁊ ſpūalit'. Et ſicut iumētū peſtilens ⁊ ouis morbida inficit alias oues ſic ſimile ē de hominibꝫ mal' Vñ ps̄. Cū ꝑuerſis peruerterꝭ. ¶ Sexto nocet ipi xp̄o. q̄ꝛ p̄ciū ſāguis ei⁹ ñ ꝑſoluūt. Cōtra qđ dr̄ Leuit'. xix. Opus mercennarij tui nō manebit apđ te vſqꝫ mane. Iſtud enim peccatum clamat in celum. Quanto magis qui chriſtuꝫ defraudant precio ſuo. ps̄. Precium meū

cogitauerunt repellere. Non tamē hoc ſic eſt intelligendum nec credendum . ꝙ ꝓpterea xp̄s aliquē defectū hēat. Unde ps. Bonoꝝ meoꝝ non indiges. Sed loq̄ndo reſpectu illi⁹ hoīs q̄ peccat ꝛ dānat᷑. qꝛ tūc pciū ſanguinis xp̄i in eo per/ditur. ꝛ ſic non fit xp̄o recōpenſatio paſ/ſionis eius qua eum redemit.

¶ De pccō veniali. L

Peccatū veniale qd ſit? Rn̄deo ſm Aug. Pccm vēiale ē qd hominē vſq ad reatū ꝑpetue mortꝭ n̄ grauat ſꝫ penā meret᷑. ꝛ facile indulget᷑. Nota ſm magiſtꝝ in cōpēdio theologice veritatis. In paruulis poſt baptiſmū ꝑmo ſurgūt venialia. poſt hoc mortalia. Un̄ Greg. i moralib⁹. In vnoquoq lapſu a minimis ſp incipit᷑: ꝛ ſubcreſcētib⁹ de/fectib⁹ ad grauiora ꝑuenit᷑ Iſid. d ſummo bo. Quēadmodū ad ꝟtutū culmen tēdētes: nō a ſūmis inchoāt. ſꝫ a modicꝭ vt ſenſim ad altiora ꝑtingāt. Ita ꝛ q̄ dilabūtur ad vicia nō ſtatim a magnis criminib⁹ īcipiūt: ſꝫ a modicis aſſueſcūt vt ſic cum maximis corruant. Querit᷑ vtꝝ poſſit aliquis viuere ſine pccō vēiali dū eſt in hac vita. Rn̄det᷑ ꝙ ſi loq̄mur d tota vita hoīs qui iā ꝑuenit ad etatē ad/ultā. de excellenti ac ſpeciali gratia ē. ꝙ talis ſine pccō veniali ſit. Sic videt᷑ be/atus aug⁹. dicere d btā ꝟgine. Unde ſi oēs ſcti interrogarent᷑ ſi peccaſſent? Oēs vna voce rn̄derēt. Si dixerim⁹. qꝛ pec/catū nō habem⁹: noſmetipſos ſeducim⁹ ꝛ ꝟitas in nob̄ nō ē. Sciendū ſm magiſtrū in cōpēdio theologice ꝟitatis. Si pfecta charitas nō facit ꝙ pctm̄ venia/le nō adueniat: tn̄ facit ꝙ nō durat Exēplū ſicut camin⁹ ignis n̄ fac̄ vt gutta aq̄ n̄ apponat᷑ ſibi: ſꝫ fac̄ vt cito extinguit᷑ Perfecta em̄ charitas ſtatiꝫ iflāmat hoīem vt doleat de pccō vēiali. ꝓpterea pfecti quandoq dolent. ꝛ flent ꝓ paruis pec/cat̄ plus q̄ magni peccatores q̄nq ꝓ maximis peccatis. Un̄ impfecti mlt̄a vēialia ꝯgregāt. M Sꝫ tn̄ ſciēdū ꝙ q̄libet homo pt viuē ſine peccato mor/tali cū adiutorio dei. Et q̄cūq oppoſitū diceret: h̄ erroneū ꝛ hereticū eēt. Et hoc ꝓbat᷑ trib⁹ rōib⁹. Pria rō ē. qꝛ in baptiſmo īfundit᷑ hoī gratia ꝑ quā ꝓſeruari pt vſq ad mortē abſq oī mortali crimi/ne ſi vult vti grā illa. Et hoc deſignat ſalis linitio quam facit ſacerdos ipſi pu/ero an̄ baptiſmū. Qꝛ ſicut carnes preſeruant᷑ a putrefactōe mediāte ſale. ſic hō baptizat⁹ mediāte gratia quā in baptiſmo accepit ꝓſeruari pt a pctis mortali/bus. Itē ſecūda rō eſt qꝛ ꝑ hoc ſequeret᷑ ꝙ ds impoſuiſſet nobis onus importabile: qꝛ mādata dei ſtꝫ data nob̄ ne pec/cem⁹. Nō ſi dicis ꝙ ds ꝓcepit tibi: qd nō potes implere. falſuꝫ dicis: ꝛ cum h̄ incurris maledictioneꝫ dei Un̄ Bern̄. Maledict⁹ q̄ dt deū ꝓcepiſſe impoſſibile. Itē hoc eſſet loqui ꝯ euāgeliū ꝛ ꝟba chriſti. qui dicit vt habet᷑ Math. xi. Iugū ei meū ſuaue ē. ꝛ on⁹ meū leue. Ter/cia rō eſt. qꝛ per h̄ tolleret᷑ libeꝝ arbitri/um. quod tn̄ neceſſariū eſt in nob̄. cuꝫ q̄ nos de⁹ priuilegiauit. Un̄ Ecci. 15. dr Appoſuit ignē ꝛ aquā ad quod volueꝛ porrige manū tuā. Itē ibidē An̄ hoīeꝫ vita ꝛ mors bonū ꝛ malū quod placue/rit ei dabit᷑. Sciendū tn̄ ꝙ licꝫ hoc ſit verū ꝙ vnus hō quādoq naturali influē/tia ꝛ iclinatōe magꝭ ē iclinat⁹ ad vnū viciū q̄ ali⁹ hō. tamē adhuc ſtat h̄ i ſuo libero arbitrio ꝛ volūtate vtrū velit conſentire huic naturali inclinatōi vel reſiſtere Un̄ Gen̄. 3. Dixit ds ad cayn iratum volēte occidere frēm ſuum. Sub tus te erit appetitus tu⁹. Et tu dominaberis ei⁹. Unde Aug⁹. de ꝟa religiōe. Nūc vſ/q adeo volūtariū maluꝫ ē: vt nullo mō ſit peccatū niſi ſit volūtariū Ex iā dictis ſequit᷑ ꝙ hō pōt viuē ſine pccō mortali mediāte grā vſq ad mortē ſi vult. Hoc etꝭ pꝫ i pl'ib⁹ ſctis q̄ vſq ad etatē pfctāꝫ vixert. ꝛ tn̄ nūq̄ mortaliter peccauerūt vt btūs Ioh. bap. ꝛ btūs tho. d aqno ꝛ pl'es alij ſancti. de quib⁹ legit᷑: ꝙ nūq̄

mortaliter peccauerũt. ¶ Secũdo no/
tanduꝫ ꝙ veniale pccm̃ cõmittit̃ q̃ttuor
mõis. Primo qñ cõmittit̃ aliqd̾ puum
quod in ſe eſt veniale. nec eſt ꝯ p̄cepta di
nec vnum de ſeptem peccatis mortalib
vt loq̄ndo vnũ verbũ ocioſũ ſine cauſa
O quot taliũ verboꝝ locut⁹ es ſine cau/
ſa ꝛ neceſſitate tu evite quia de oib his
rõem redditurus es in die iudicij. Vñ
Matth. 12. De omi v̄bo ocioſo. Quid
aũt ſit verbũ ocioſum declarat nob bea
tus greg. i moral. di. Ocioſũ v̄buꝫ eſt
aut qd̾ rõe iuſte neceſſitatis aut intenti/
one pie vtilitat carꝫ Itẽ comedendo vl/
tra purã neceſſitatẽ qd̾ tñ vix etiã a bo/
nis ꝛ pfect tenet̃. ſic ꝙ in nll'o excedãt li
mites pue neceſſitat Itẽ dormiẽ vltra
neceſſitatẽ. Itẽ bibere ſine cauſa Itẽ ri
dere iocoſe. Itẽ cogitatiões vanas ha/
bere. ꝛ ſic de alijs. Scdo ꝓpt̃ impfectio
nẽ facti: ſic p̄mi mot⁹. q alias qñ pfecti
ẽẽnt: eẽt mortale. Sic videre mľierẽ cũ
libidĩe ꝛ delectatõe tñ p̄ter rõeꝫ. Itẽ ira
ſci ad ppetrãdũ vindictã: tñ ſine delibe/
ratõe. Itẽ gaudere de aduerſitate alioꝝ
ꝛ dolere de pſpitate: ꝛ tñ nõ deliberato
aĩo. ꝫ qñ rõ aduenerit: tũc reſiſtit talib
ꝛ expellit. Ergo quãdocũqꝫ aliq̇d qd̾ ĩ
ſe eſt peccatuꝫ mortale fit ita ſubito ſine
deliberatõne rõnis ſic ꝙ actus ille ẽ ita
impfectus q ſic fit p ſubitũ motuꝫ. ſicut
oẽs ſubiti mot⁹ q ſic p̄ueniũt rõeꝫ q̄liter
cũqꝫ ꝛ de q̇buſcũqꝫ fiãt ſũt ſolũmõ veni
alia. Tertio propter penitentiam et ſic
per accidens ex mortali fit veniale: non
quod illud peccatũ in ſe mutetur: ſic ꝙ
hoc quod eſt mortale fiat veniale. Sed
illud peccatũ mortale iã taliter eſt veniã
conſecutũ ꝙ obligat ad penam nõ eter/
nã. ſed tpaleꝫ que debetur veniali Ido
dicit Ambro. Oẽ pccm̃ p penitẽtiã fit
veniale. Et hoc ſic dicitur veniale ex euẽ
tu ꝛ per accidens ſcꝫ ꝙ pena et̃na q̄ de/
betur peccato mortali mutat̃ in penam
tranſitoriam que debet̃ peccato veniali.
Quarto committit̃ peccatũ veniale ꝓpt̃

erroneam ꝯſcientiam: ſicut antea eſt di/
ctũ de mortali. Quia q aliq̇d reputaret
peccatũ veniale quod nullũ eẽt pccm̃. ꝛ
ſup hoc faceret: veniale cõmitteret

## ¶ De damnis venialiũ peccatoꝝ

Peccata venialia cauẽda ſunt a
deuotis hoibus quantũ poſſi/
bile eſt. ꝛ hoc ꝓpter ſeptem dã/
na. Primũ damnũ eſt ꝙ ad penam ob/
ligant: nõ aũt determinate ꝛ p̄ciſe obli/
gant ad penam eternã vel purgatoriaꝫ
vel pñtis ſatiſfactõis: ſed ad aliquã illa
rum penarũ. Qm̃ ſm forũ pñtis eccl'ie
ſatiſfacit homo leuiter. ꝫ ſm forũ purga
torij punietur grauius. quia grauioreꝫ
penam in purgatorio ſuſtinebit ꝓ vno
peccato veniali q̄ꝫ beatus Laurentius
ſuſtinuit in craticula. Hoc multi hoies
parum curant q tot venialia ꝯmittunt
et augmẽtant ſup ſe. Sed ſm foꝝ infer
ni grauiſſime punietur: qꝛ eternaliter.
Querit̃ vtrum in inferno etiam puniã/
tur venialia? Reſpondeo ꝙ ꝓprius loc⁹
eſt hic in mundo vel in purgatorio vbi
venialia puniunt̃. ſed infernus ꝓprie eſt
locus vbi mortalia puniuntur. ſed quã
do in mortalib peccat moritur q̇s: tũc
venialia eternaliter puniunt̃ in inferno
cum mortalib. Sed minor eſt pena ꝓ
veniali in inferno q̄ꝫ ꝓ mortali. ¶ Se/
cundũ eſt ꝙ peccatum veniale aĩaꝫ ma/
culat. Et ponatur tale exemplũ. ꝙ deni
gretur aliqua himago depicta intantũ
ꝙ videri nõ poſſit. alia vero obſcuret̃ vt
videri q̇dem poſſit: ꝫ non plene diſcerni
Et ideo ꝓpter talem differentiam dicit
Greg⁹. ꝙ veniale obſcurat: mortale ob
tenebrat. Aug⁹. in libro de vita chriſtia
na dicit. Aĩa in peccat pſeuerãs nigri/
or ẽ coruo: hoc intelligit̃ de mortali pec/
cato. ſed veniale tñ maculat ¶ Tertiũ
eſt. ꝙ minuit feruorẽ charitatis ſicut aq̄
ignẽ. licet nõ extinguat feruorẽ. tñ illum
tẽperat. Et q̄nto plura venialia aliq̇s
ꝯmittit: tanto plus minorat̃ feruor cha
ritatis. Aliq̇ notabiliter quãdoqꝫ pdũt

feruorē ꝛ tepeſcunt Et ratio eſt. quia ve
nialia non curant dimittere. Vñ Au/
gꝰ. ſup iohēm. Minute ſunt gutte que
tamē ſimul multa flumina iplēt. Moꝛ/
tale pccm̄ extinguit totā charitatē. ſꝫ ve
niale ꝛ charitas ſe mutuo compatiūtur
ꝛ veniale ſolum opponit feruoꝛi charita/
tis. ¶ Quartum eſt ꝙ potentias anīe
in bonis opibꝰ laſſat. ſicut qñ cuiqꝫ po
nitur onus ſup onꝰ: minꝰ erit ꝓmptꝰ ad
ambulandū ſicut equus onuſtꝰ. Vnd
Augꝰ. ſuper iohēm Minuta ſunt gña
arene: ſꝫ ſi multa arena ponatᷣ ꝓmit atqꝫ
opprimit. Potentie eīm rōnalis opatio
eſt diſcernere. ſꝫ ꝓpt aggrauatōem veni/
alium nō ita clare diſtribuit bonoꝛum ꝛ
maloꝛū differentiā. In ſignū huiꝰ: bo/
ni ꝛ pfecti hoīes minima etꝫ qñqꝫ pecca/
ta diſcernūt. que iperfecti nō cognoſcūt
Vñ Gregꝰ. in moꝛal'. li. xxxij. Quanto
maioꝛis lumen gratie quis pcipit. tāto
ampliꝰ rephenſibilem ſe eſſe cognoſcit.
Hoc etiā pꝫ ad ſenſum. qꝛ in albo ꝛ mū
do panno etiā pua macula cognoſcitᷣ. ſꝫ
in nigro ꝛ immūdo etiā vix qñqꝫ notabi
lis ꝛ macula magna cognoſcitᷣ. Sic ſilr̄
eſt de ꝯſcientia hoīs. Cōcupiſcibil' eīm
potētie opatio eſt appetere bonuꝫ quod
cognoſcit rōnalis ſꝫ venialia aggrauant
potentiā concupiſcibilem ꝙ non ita ar
denter appetit bonuꝫ eternū: ac ſi nullis
venialibus eſſet aggrauata Iraſcibilis
operatio eſt deteſtari malum. In ſignū
huius pfecti viri qui habēt mūdas con
ſcientias valde deteſtantur etiā parua
mala. qđ impfecti nō faciūt Vñ Hiero
nimꝰ in epl'a. Mens chr̄o dedicata ſic
cauē debet minoꝛa qūo etiā maioꝛa: ſci
ens pꝛo verbo ocioſo reddendā eē rōem
Quintū qꝛ retardat a gloꝛia: qꝛ hō qui
decedit. ꝛ poſſet ſtatim poſt moꝛteꝫ vo/
lare ad celū: cogitur ꝓptᷣ venialia ad
tempus in purgatoꝛio expectare. Nun
qꝫ ei ab aliquo dei facies videbitur: do/
nec ſoluat p penas minimuꝫ q̄drantem
venialiū pccoꝝ. Vñ dicit chꝛiſtꝰ Ma/
thei. v. Non exibis inde donec reddas
nouiſſimū q̄drantē. Opoꝛtet eīm quem
libet eſſe ita mundū añ introitū parady
ſi: ſicut fuit in innocētia baptiſmali Sci
endū etiā ꝙ ꝓ puis peccatis opoꝛtꝫ hō
minē in purgatoꝛio quandoqꝫ diu pur/
gari qđ in pñti faciliter deleuiſſꝫ ꝛ bꝛeui
ter. Exemplū legitᷣ de ſoꝛoꝛe ſancti Da/
miani q̄ ꝓpter auditū vniꝰ cātilene de q̊
nō fuit cōtrita nec ꝯfeſſa: nec egit pn̄aꝫ
in pñti: de hoc fuit in purgatoꝛio. xviij.
diebꝫ: ſicut poſt moꝛtē reuelauit cuidaꝫ
hoī. ¶ Et ignis purgatoꝛij ē mi
ro modo grauis pena. Vñ Augꝰ. dicit
Ignis purgatoꝛius licet nō ſit eternus
miro modo eſt tamē grauis Excellit eīm
oēm penā quā vnqꝫ aliqs paſſus eſt in
hac vita. nūqꝫ in carne eſt tāta pena in/
uēta: licet mirabilia martyꝛes paſſi ſint
toꝛmenta. Et ꝓpter nimiā acerbitatem
pene purgatoꝛij videtᷣ eis tēpus tam lō
guꝫ ibi eē. Vñ exemplū legitᷣ de duobꝫ Exm
fratribꝫ religioſis q̄ ſe mutuo dilexerūt.
et fideliter ꝛ multo tpe deo mutuo ſerui
erūt. tādem ꝯtigit vnū ex illis infirmari
vſqꝫ ad moꝛtē. ꝛ ſic cū eſſet in tali graui
infirmitate laboꝛās: venit angelus dn̄i
ad eū dicens ei ſe eē moꝛiturū in bꝛeui. ꝛ
tam diu deberet eē in purgatoꝛio donec
ſibi vna miſſa legeretur: ꝛ qꝫcito ſibi illa
miſſa legeretᷣ ꝛ finiretᷣ: tūc deberet libe/
rari a purgatoꝛio ꝛ euolare ad celū Tūc
illam viſionē ille frater infirmus īſinua/
uit ſocio ſuo: rogās eum vt qꝫcito moꝛe
retᷣ ſibi immediate vnā miſſam legeret.
aſtringens eū ꝓpter charitatē ꝛ fidelita
tem quā ad inuicē longo tpe habuerūt
Et ille frater ꝓmiſit ſe hoc facturū. ꝛ ſe/
quēti die de mane infirmꝰ obijt. Et ille
frater immediate ſe pparauit ad miſſaꝫ
et lecta miſſa defunctus apparuit illi di/
cēs. O infidelis frater maledictōem dei
erga me bñ meruiſſes. Et ille. q̄re hoc
Et defunctus reſpōdit. qꝛ rogaui te cū
adhuc viuerē ꝙ immediate poſt obituꝫ
meum vnam miſſam legeres. ſꝫ tu infi/

delis frater iam me quaſi ꝑ viginti an/
nos in magna pena torq̄ri ꝑmiſiſti: nec
tu nec aliq̇s fratrū̄ meoꝝ vnam miſſam
in tam longo tp̄e legit. Tūc viuēs reſpō
dit. In veritate dico tibi ꝙ cadauer tu
um adhuc nō eſt tumulatū. immediate
poſtq̄ꝫ expiraſti me ad miſſam diſpoſui
et iā a p̄mo finiui. Et defunct⁹. O ſi ita
eſt tūc ꝓpter acerbitatem pene videt̄ mi
hi hoc breue ſpaciū quaſi. xx. annoꝝ ſpa
ciū fuiſſe. Et tūc regratiabat̄ fratri ꝛ mi
grauit ad celū. ¶ Sextū eſt. ꝙ bona ce
leſtꝫ glorie diminuūt: nō q̇dem illa que
debent̄ iam ꝛ q̄ habemus ibi ꝑ meritū
repoſita. ſꝫ que deberent̄ ſi venialia non
fierent. qꝛ medio tp̄e poſſent aliq̄ bona
fieri quādo illa fiūt: ꝑ que bona opa ce/
leſtis gloria augmentaret̄. Itē poſt per
petratōem venialium oportet nos opa
q̇dem cōuertere ad ſolutōem hmōi de/
bitorū: ꝑ que etiam deberꝫ nobis creſce
re cumul⁹ eterni p̄mij O ¶ Septimū
ſia dicitur ſancta. Hoc dicitur ad diffe/
rētiā eccleſie malignātiū q̄ nō ē ſctā: ſꝫ ꝑ/
uerſa. ps̄. Odiui eccl'iaꝫ malignātium.
Sed eccl'ia catholica eſt ſancta 7 pura
que quidem ſanctitas attendit̃ ad ſimi
litudinē eccl'ie materialis que cū ꝯſecrat̃
lauat̃ 7 iungit̃. Sic fideles loti ſunt ī vir
tute illius aque que exiuit de latere ipſi/
us chriſti. cuius virtute ſcꝫ paſſionis xp̄i
baptiſmus 7 alia ſacramenta virtutem
habent. Item fideles xp̄i vngunt̃ vncti
one ſpūali. hec aūt vnctio eſt ſpūſſancti
gratia. Simile eſt de hoīe: ſicut de ae/
re. in die em̄ ſꝑ eſt claritas niſi ſuperueni
at nebula: ſic in anima hominis ſemper
eſt gratia ſpūſſancti: niſi ipſam expellat
ꝑ immūdiciā peccati. Dedignat̃ ei ſpiri
tuſſanctus cū immundicia habitare iu/
xta illud. Que communicatio lucꝫ ad te
nebras. Et dicitur ſancta. q7 de⁹ eaꝫ in
habitat. ps̄. Dn̄e domū tuaꝫ decet ſan/
ctitudo. Apl's. i. Col'. iij. Neſcitis quia
templum dei eſtis. Luc. Templū dei ī
ter vos eſt ¶ Tertio dr̄ catholica. i. vni
uerſalis. Primo q̄ntū ad locū. q7 ꝑ totū
mundū predicat̃. Roman̄. i. Fides vr̄a
annunciat̃ in vniuerſa t̃ra. ps̄. In oēm

terrā exiuit ſonus eoꝝ. Secūdo q̄ntuȝ
ad ſexum. q꞉ nullus abijcit ſiue ſit iuue
nis ſiue ſenex. ſiue maſculus. ſiue femīa
Tertio quātū ad tp̄s. quia oēs fideles
qui fuerūt a p̄ncipio abel iuſti᷑ qui vſq꞉
ad finem mūdi erūt: hos continet eccl'ia
ꝛ durabit ipa etiam vſq꞉ ad finē mundi
Quia regnū eccleſie eſt firmiſſimum. ex
quo nō eſt ſubuerſum ꝑ tyrannos. ſ. ne
ronem. dyoclecianū. arrium. iulianum
qui fortiſſime impugnauerūt eccleſiam.
ꝛ conati ſunt eam exterminare Sȝ q̄nto
pl⁹ illos fideles martyrizauer̄t: tāto pl⁹
multiplicati ſunt. ſicut filij iſrl' a pharao
ne oppreſſi plus fuerunt multiplicati:
Exo. i. Jmmo nec antichriſt⁹ p̄ualebit
adu'ſus eā. ſ. eā ex toto ex'minādo Vn̄
mat. xxviij Ecce ego vobiſcuȝ ſum vſq꞉
ad conſummatōem ſeculi. ſed poſt con
ſummationem tunc remanebit in celo.
Sed iam eccleſia ſancta diuiſa eſt ī tres
Vna eſt in mūdo. alia ī purgatorio. ter
cia in celo. ꝛ hoc deſignatur in diuiſione
hoſtie que in tres partes diuidit' ī miſſis
ſacerdotum.

¶ De vndecimo articulo.

Sanctoꝝ communionem remiſ
ſionem peccatoꝝ. Hunc articu
lum ſm Henricū de ſirma. poſu
it Judas tadeus frater ſymonis ꝛ iaco
bi. Pro quo ſciendum ꝙ ſanctoꝝ com
munio eſt bonoꝝ ſp̄ualiū ꝑ ſanctos acq
ſitoꝝ cōgregatio. Vnde int' alia q̄ ſunt
nobis credenda etiā ſpecialit' eſt creden
da cōmunicatio ſctōꝝ in eccl'ia. Nā oēs
peccatores exiſtentes ſine peccato mor
tali participes ſūt omniū bonoꝝ q̄ fiunt
in eccleſia per quodlibet mēbrum eccl'ie
Sicut ſi candela accendat' ꝑ aliquo ſpe
cialiter: omnes qui cū illo ſunt beneficiū
candele percipiunt: niſi in viſu impediā
tur. ſcilicet obſtaculo peccati mortal' qꝺ
obtenebrat intellectum ꝛ inficit affectū.
Juxta illꝺ pſal. Participem me fac de
us omnium timentium te. Ratio auteȝ
quare communia ſunt bona eccleſie eſt
charitas ꝛ vnitas fideliū. quia charitas
nō querit que ſua ſunt. ſed quod vtile ē
et bonum multis Jdeo ipa eſt diſtribu
trix bonoꝝ que fiunt in eccl'ia. Qꝫ bonū
eccl'ie in ſingula membra corpis chriſti
miſtici diſtribuat' poteſt declarari ꝑ tria
exempla. Primum eſt in homine: cuȝ ci
bus fuerit bene digeſtus dirigit' ad ſin
gula membra ſana. Secūduȝ exemplū
eſt in arbore in qua humor ꝑ radicē at
tractus diuidit' ꝑ ſingulos eius ramos
ſaltem nō aridos. Tertium exemplum
eſt in fonte emanāte q̄ diuiditur in mul
tos riuulos nō obſtructos. Qn̄ aūt ab
homine aliqꝺ membrū vl' ab arbore ali
q̄s ramus amputatur: ad illū nō mitti
tur nutrimentū. ſic quādo ab eccl'ia ali
quis p̄ſcinditur ꝑ hereſim aut inobediē
tiam aut excommunicationem ſeu cha
ritatis amiſſionem. tūc priuatur ſancto
rū cōmunione ꝛ bonoꝝ eccl'ie participa
tōe. Et hoc q̄libet chriſtianoꝝ debꝫ ab
horrere ꝛ fugere. quia ſic abſciſus eſt in
ſtatu damnatōis ꝛ oīm bonorū eccl'ie ꝓ
uatus. Sūt aūt tria p̄ſidia inter alia q̄
a ſanctorum cōmunione proueniūt. ſcꝫ
indulgentia prelatorum. preces ſancto
rum. ꝛ ſuffragia fidelium mortuorum.
Vnde eſt ſciendū ꝙ indulgentie veniūt
de thezauro eccl'ie ꝛ ſanctorum commu
nione. Hūc thezaurum habent diſpē
re p̄lati eccleſie plus ꝛ minus huic ꝛ iſti
dando ſm cauſam rōnabilem Quattu
or tamē reqrunt' ad hoc ꝙ indulgentie
valeant ſm Tho. ſup. iiij. diſt. xx. Duo
ex pte dantis. ꝛ duo ex pte ſuſcipientis.
Ex pte dātis reqritur auctoritas ꝛ cau
ſa rōnabilis. ſcꝫ vtilitas eccleſiaſtica Ex
pte ſuſcipiētis etiam duo. ſ. vt ſit contri
tus ꝛ ꝯfeſſus ꝛ faciat illud ꝑ quo indul
gentia eſt data ¶ Quo ad ſcꝺam partē
articuli. ſ. remiſſionē pctōꝝ eſt tenēdū ꝙ
oē pctm̄ ſiue ſit actuale ſiue originale in
eccl'ia p̄t remediari ꝛ mederi. Nā ꝑ bap
tiſmū tollit' oē pctm̄ in baptiſato nō ficte
accedēte. ſiue h̄ q̄ rite baptiſat' ſit adult⁹

ſiue puulus Poſt baptiſmū āt q̄tieſcūq; q̄s lapſus fuerit in pcc̄m ſiue ſit mortale ſiue veniale poterit p verā pniam repa/ri. Ergo firmiter quilibet credere deb; ꝙ in eccleſia catholica eſt remiſſio omni/um pccōrū. ⁊ in nulla alia ſecta. q꞉ extra eccl'iam non eſt ſal⁹. Et ꝯtra iſtū articu/lum faciunt hoīes deſpati: qui ꝓpt ma/gnitudinē vl' multitudinē pccōrū deſpe/rant. qđ ē maximū pcc̄m. Vñ Iſiđ. de ſum. bo. Deſperatio ē peior omni pccō/ Vnđ etiā Aug⁹. ſup iohem. De nemi/ne deſperādum ē: dum eſt in hac vita. ſo lum em̄ deſperatōis crimē eſt qđ mede ri non pt. Ergo credere debem⁹ remiſſi/onē pccoꝝ:.

¶ De duodecimo articulo.

Carnis reſurrectionē ⁊ vitā eter nam amen. Hunc articulū po nit beatus Mathias apl's vbi duo tāgit. Primo generalē reſurrectōe; vbi dicit. carnis reſurrectionem. Secū/do et'nā gl'am dicēs: vitā et'na;. Circa pmū notandum ꝙ oēs hoīes ſimul re/ſurgēt in nouiſſimo die. Vñ Iohis. 5. Venit hora in q̄ oēs q̄ in monumentis ſūt audiēt vocē filij dei. ⁊ qui audierint viuēt. Itē apl's. 1. ad Coꝛ. 15. Oēs q̄/dem reſurgemus. Vñ credēdū eſt omi chriſtiano ꝙ quilibet homo idem in nu/mero reſurget cū eodē corpe in quo iam viuit Vñ Iob. 19. Rurſum circūdabor pelle mea: ⁊ in carne mea videbo deum ſaluatorē meum quem viſurus ſum ego ipſe ⁊ nō alius. Ad denotandū idēptita tem ꝓprij corpis. q̄uis em̄ corp⁹ in cine/rem et in puluerem redactum ſit: tamen oīa iſta que ſpectāt ad cōplemētū corpo ris redibūt. ⁊ idem corpus reſurget. Et eadē aīa illius hoīs hoc idē corpus ſibi aſſumet. ⁊ ei ꝯiūget. Hoc pat;. q꞉ ſi hō qui meruit debeat pmiari vt iuſtu; ē: ne ceſſe eſt: vt idem corp⁹ ⁊ eadē aīa ī reſur/rectōe itez ꝯiungant̄ que prius fuerunt ſil' ꝯiūcta dū viuerēt añ mortē Nā ſi aīa aliđ corp⁹ aſſumēt: ñ eēt reſurrectio. ſed noui corpis aſſumptio: Ex hoc pat; ꝙ idem corpus in numero cuiuſlibet electi qđ nūc eſt groſſum. mortale. corruptibi le. defectuoſum. obſcurū. paſſibile ⁊ gra ue: hoc erit in reſurrectōe īmortale. ſub/tile. incorruptibile ſine defectu: ⁊ clarū. i paſſibile ⁊ agile Et dico notāter cuiuſli bet electi. q꞉ corpa reproboꝝ erūt valde paſſibilia groſſa ponderoſa ⁊ obſcura. Sz q̄reret q̄s de etate reſurgentiū ⁊ q̄n titate. Rñdetur: oēs in eadē etate reſur gent. ſicut xp̄s q̄ fuit. xxxiij. annoꝝ ⁊ q̄ſi dimidij. Sic in eadē etate oēs reſurge mus tā ſenes q̄ȝ iuuenes. Et in illa q̄n/titate ſtature reſurget vnuſq̄ſq; quā tūc habuit vel habuiſſet ſi ad talē etatē pue nit vel perueniſſet ſine impedimēto ſui ſta tus Vñ apl's ad eph. iiij. Donec occur ramus in virū pfectū in mēſurā etat⁹ ple nitudinis xp̄i X ¶ Quātū ad ſecū dam ptem iſtius articuli vbi đt (vitam eternā) Sciendū ꝙ q̄libet homo debet credere vitam eternā: q̄ vita ipſe de⁹ eſt Iohis. xiiij. Ego ſum via veritas ⁊ vi/ta. Et ideo anima que ſemp erit ꝯiūcta deo ſemp habebit vitam eternam. Et nota ꝙ vita eterna omnibus bonis ab/undat. Et ideo eſt finis omniū deſideri orum noſtrorum. nam in vita eterna ſen ſus delectabitur. intellectus illuminabi tur. affectus quietabitur. appetitus ſa/tiabitur. Unde Auguſtin⁹ libro. ij. de ciuitate dei. O chare illam vitam āple cti debuiſti vbi eſt vita ſine morte. lux ſine tenebris. iuuēt⁹ ſine ſenectute. pax ſine diſcordia. volūtas ſine iniuria. reg/num ſine commutatōe. quia non amit/titur. Unde Iohānis. xvi. Gaudium veſtrum nemo tollet a vobis. Et ta; ex cellens eſt illud gaudium: ⁊ tam multa ſunt ibi bona ꝙ de ſingulis dicere q̄ ibi erunt deficit humanus intellectus. nō ſolum human⁹ ſꝫ etia; angelicus. apl'o atteſtāte. q̄ ait. 1. Choꝛ. ij O đ nec ocul⁹ vidit: nec aur; audiuit: nec in cor homi nis aſcendit q̄ pparauit deus his q̄ dili

gūt illū. Unū etiā ps. Oīa mille āni aū ocl'os tuos ſicut dies heſterna q̄ pterijt Ad quā vitā nos pducat ieſus xps marie filius: q̄ ſine fine viuit ⁊ regnat Amē

# Incipit tractat⁹ de ſeptem ſacramentis.

Sacramēta ſunt ſeptē q̄ deus inſtituit. ⁊ in q̄libet ſacramēto daꝛ gr̄a digne recipienti ip̄m ſacramentum Querit̄ q̄ ſunt ſacramenta nc̄citatis. Rn̄deo ſm Ray. ꝙ q̄nq3.ſ. baptiſm⁹. ꝯfirmatio. euchariſtia. pn̄ia. et extrema vnctio. Et dicūtur nc̄citatis q2 ſunt in precepto. ⁊ teneꝛ q̄libet ad ea ſuſcipienda p loco ⁊ tp̄e. Reliq̄ duo ſūt ſacramenta volūtat3.ſ. ordo ⁊ matrimoniū. Querit̄ vtrū ſacramenta debeant pctōribus dari. Rn̄deo ſm Raymundū ꝓpter occulta pctā nō pn̄t ſacramenta denegari alicui niſi p ām̄onitōe3 ſecretam in ſpc̄ali: vel publicā factā in generali. vt pt3 de ꝯſe. di. ij. c. ꝓhibeat. Exiſtens aūt in pctō mortali: ſiue occulto ſiue manifeſto mortal'r peccat recipiēdo vt pt3 diſt. xl. c. multi. ⁊. xcv. c. illð. xi. q. iij. c. audi. Sil'r ⁊ miniſtrās ſacramēta in pctō mortali peccat mortal'r. Queritur. vtrū poſſint iterari ſacramēta. Rn̄deo tria ſacramēta nō pn̄t iterari.ſ. baptiſm⁹ ⁊ ꝯfirmatio ⁊ ordo. q2 in collatōe cuiuſlibet triū predictoꝝ imp̄mit̄ caracſ́nie. q̄ etiā p mortē ab aīa non pt̄ ſepari. Un̄ ſi q̄s reſuſcitareꝛ nō eſſet baptiſandus. nec ꝯfirmādus. nec reordinādus. Sec⁹ eſt ð q̄ttuor alijs ſacramētis Un̄ Hugo de ſcō vic. dt̄. Si lazarus p⁹ reſuſcitatōem voluiſſet reſumpſiſſe vxore3 ſuā: oportuiſſet ꝙ ð nouo ꝯtraxiſſ3 Un̄ p mortē ſoluit̄ mr̄imoniū. Sil'r euchariſtia ⁊ pn̄ia ⁊ extrema vnctio reiteranꝛ

## De p̄mo ſacramēto.ſ. baptiſmi

Baptiſmus eſt p̄mū ſacramentū ⁊ ianua oīm ſacramētoꝝ. ⁊ etiā eſt fundamentū oīm ſacramētoꝝ. quia nulli cōferꝛ an̄ ip̄m in eccl'ia aliq̄ð ſacramētoꝝ. Querit̄ quis ſit effectus cathecismi. Reſpōdeo ſm Tho. in. iiij. diſt. vi. ꝙ exorciſmus habet effectū in corpore ⁊ in aīa. quia minuit ptātem demonis ne poſſit tantū in hoīe ſicut p̄us. ne baptiſmum ⁊ alia bona impediat. Sed p̄dicta poteſtas demōis total'r in baptiſmo tollit̄ Sicut pharo p̄us flagellatus eſt ꝓpl'o nō egreſſo de egypto. ⁊ poſtea populo egreſſo total'r i mari rubro (quod eſt figura baptiſmi) ē ſubmerſus. Querit̄. vtrū oēs teneanꝛ ad baptiſmū. Reſpōdeo ſm Tho. in. iiij. diſt. vi. Quilibet teneꝛ etiā ſanctificatus in vtero ꝓpter tres rōes. Primo q̄dem ꝓpter acq̄rēdum caracterē quo aduneꝛ ppl'o dei. et quaſi deputeꝛ ad pcip̄ēda diuina ſacramēta. Scdo vt p baptiſmi ſuſceptōem paſſioni xp̄i corporaliter cōformeꝛ Tertio ꝓpter bonū obediētie. q2 p̄ceptu3 de baptiſmo oībus datum eſt. Johis. iij. Niſi q̄s renat⁹ fuerit ex aqua ⁊c̄. Querit̄ vtrum baptiſmus aque poſſit in aliquo ſuppleri. Reſpōdeo ſm Petru3 de tharentaſia ſm cōem legem non pōt in puulis ſuppleri: cum nō poſſint habere vſum liberi arbitrij. Sed ſi p chriſto occiderētur: pie credit̄ ꝙ ſaluarenꝛ ſine baptiſmo aque. In adultis aūt pt̄ ſuppleri p baptiſmum flaminis ſiue contritiōis et p baptiſmu3 ſanguinis. id eſt martyrij. Et hoc intellige quādo eſt articulus neceſſitatis. Queritur vtrum puer in vtero exiſtens poſſit baptiſari. Reſpōdeo ſm Thomā vbi ſupra: nō poteſt. quia talis deo notus eſt non eccl'ie. nec ſubijci poteſt operatiōi miniſtrorum eccleſie. Unde Auguſtinus dicit. ꝙ ſicut qui non vixit nō poteſt mori. ita qui natus nō fuerit non poteſt renaſci. Nō debet aute3 mater ſcindi vt puer poſcit naſci et baptiſari Quia ſm ipſum nō ſunt facienda mala vt eueniant bona. debet tamen ip̄a mater ſcindi ſi iam defuncta

eſſet. ⁊ puer adhuc in ea viuerꝫ ¶ Que
ritur. quid faciendū eſſet quādo appa/
ret aliquod membrum pueri ⁊ timet̄ im
minere mortis periculū. Reſpondeo ꝙ
in tali periculo egreſſa parte ꝑncipali. ſ.
capite baptiſari debet. ſ; ſecꝰ eſt de alijs
partibꝫ: vt de manu vel de pede. qꝫuis
nō noceat ſi ille ptes aſpgantur baptiſ/
mali aqua. qꝛ diuina miſericordia nō eſt
artāda. Et ſi poſtea plenarie naſcat̄ tūc
ſub tali cautela baptiſet̄ ſub hac forma.
Nō te rebaptiſabo ſi es baptiſatus. ſed
ſi nō es baptiſatus: tūc ego baptiſo te in
noīe patris ⁊ filij ⁊ ſpūſſancti. ¶ Scien
duꝫ ꝙ materia baptiſmi eſt aqua pura
naturalis. Vñ baptiſmus nō pōt fieri
in vino. nec in ceruiſia. neqꝫ in vrina. ne
qꝫ in aliquo alio liquore. Sꝫ forma ver
borū baptiſmi eſt hec. Ego te baptiſo
in noīe patris ⁊ filij ⁊ ſpūſſancti. vt patꝫ
extra de baptiſmo. ca. ꝑmo. et ſine his
ꝟbis nō pōt fieri baptiſmus. Sciendū
ꝙ ille vetule q̄ pueros baptiſant in arti
culo mortꝭ ſic dicētes Solt du leben ſo
ſig dyr das eyn bat. ſolt du aber dan
ſterban ſo ſig es eyn douff: in noīe pr̄is
et filij ⁊ ſpūſſancti. Tales mulieres cuꝫ
talibꝫ verbis nō baptiſant. Querit̄ qui
poſſint baptiſare. Reſpōdeo ꝙ debitꝰ
miniſter baptiſmi ſm oēs theologos
eſt ſacerdos. Sꝫ in neceſſitate q̇libꝫ po
teſt baptiſare. ſiue vir ſiue mulier fidelis
ſiue infidelis: dūmodo habeat intētōēꝫ
baptiſandi ⁊ ſeruat formā eccleſie. Sꝫ
tamē clericus nō debet baptiſare ꝑ̄ſente
ꝑ̄ſbytero: neqꝫ laicus pñte clerico. neqꝫ
mulier pñte viro. vt pꝫ diſt. iiij. c. mulier
Querit̄. vtrū baptiſmꝰ debeat ꝑ aliqꝺ
tempus differri. Reſpōdeo ſm beatuꝫ
Tho. Magis eſt laudabile ꝙ puer qꝫ
citius poteſt fieri baptiſet̄. Primo quia
interim mori poſſet ⁊ damnaret̄. Secū
do. quia demones nō habent tantā po
teſtatem in baptiſatis ſicut in nō bapti/
ſatis. neqꝫ quātum ad nocumēta ſpūa/
lia neqꝫ ad corporalia C ¶ Quis
eſt effectus baptiſmi. Reſpōdeo ꝙ bap
tiſmus habet multiplices effectus de q̄
bus aliquos hic dicam. Primus eſt ꝙ
baptiſmus ſm Bonauenturā ſup. iiij.
diſt. iiij. digne ſuſcipientibꝫ delet omnē
culpam originalem mortalem ⁊ venialē
et reſtituit ꝑmariaꝫ innocētiam quo ad
animā. Hoc probat̄. quia ſi ſic moreret̄
ſtatim ad celum euolaret. ſed hoc nō fit
niſi omi culpa deleta. igit̄ ⁊c̄. ¶ Scōs
effectus. ꝙ ignem infernalē ⁊ etiaꝫ pur/
gatorij extinguit quātum ad ipm bapti
ſatū. vt de cetero ignis infernalis vl̄ pur
gatorius nō poſſit in eū agē niſi ipe poſt
modum peccādo reaccenderet eū cōtra
ſe. Vñ admirāda eſt fatuitas illoꝝ qui
poſt baptiſmū peccāt cum volūtarie ig/
nem in ꝓprium ſubiectum reaccendunt
¶ Tertius effectus ꝙ baptiſmus delet
oēm ſatiſfactionem pro peccatis quam
homo in ꝑ̄ſenti deberet pro peccatis ſu
is explere: vt patet. quia ſi aliq̇s infide/
lis iudeus vel paganus mille annos vi
xiſſet. ⁊ omni die mille peccata mortal..
cōmiſiſſet ſi ꝯterit̄ ⁊ fidem ſuſceperit. et
ſic cū deuotōe baptiſatus fuerit: tūc nul
la penitētia ſatiſfactoria ſibi imponēda
eſt ꝓ omībus peccatꝭ ſuis. qꝛ baptiſmꝰ
tollit omnē ſatiſfactōnem. Et ſi talis ſic
poſt baptiſmū moreret̄ ſtatim ad celum
euolaret. ¶ Quartus effectus eſt ꝙ fo/
mitē mitigat. qꝛ in baptiſmo datur hoī
grā ad ſuppmendū fomitē peccati Sꝫ
diceret q̇s. quare baptimꝰ nō delet om
nem fomitem peccati ſicut delet pecca/
tū originale de quo fomes ꝓcedit. Rñ/
deo ꝙ ꝓpter fragilitatis ꝓprie cognitōēꝫ
et ꝓpter nrāꝫ humilitatē. Job. vi. Que
ē̄m fortitudo mea vt ſuſtineā. Et vt in/
uocemus diuinum auxiliū ⁊ dei miſeri/
cordiā vt ꝑ̄ſeruet nos a malis. pſ̄. Mi
ſerere mei dñe qm̄ infirmꝰ ſum. Itē ꝓp
ter exercitatōem. ſ. vt reſiſtamus vicijs
et cōcupiſcētijs carnalibus ⁊ ſic habea/
mus materiam exercēdi ꝟtutes ⁊ merē/
di gloriā. Vñ Gregꝰ. Temptatio cui

non conſentit nõ eſt peccatũ: ſʒ eſt mate/
ria exercendevirtutis. Ambro. ſup lucã
Nemo poterit coronari: niſi vicerit. ne/
mo aũt pt vincere niſi añ certauerit. Vñ
debemus viriliter pugnare cõtra carnez
noſtrã. ⁊ contra cavicia ad' q̃ naturalit
inclinati ſum⁹: ſiue ſit ira ſiue inuidia: ſi/
ue luxuria. Unde Berñ Quotiẽs reſti
teris: totiens coronaberis. Et vt mul/
tas coronas mereamur tũc fomes pc̃ci
in nobis manet: ⁊ non delet ex toto ĩ ba
ptiſmo q̃zuis mitiget ¶ Quint⁹ effect⁹
ẽ a poteſtate diaboli liberatio. q2 bapti
zatus ex toto a poteſtate diaboli eripit
vt de cetero non poſſit diabolus in euz
niſi p ↄſenſum pc̃ci ſe ei ſubijciat. Vñ
Berñ. in quodã ſmone. Poteſt inimi/
cus excitare temptatõis motũ. ſʒ in te eſt
ſi volueris dare ſeu negare ↄſenſum. er/
go diabolus eſt ſicut canis ligat⁹ qui pt
erga hoĩem latrare ſʒ non pt eũ ledẽ ni/
ſi velit ad eũ accedẽ. Vñ Aug⁹. ſup pſ.
Diabolus plerũq3 vult nocere: ſʒ nõ po
teſt: quia poteſtas eius eſt ſub ptãte dei
Nam ſi tm̃ poſſet nocere diabol⁹ q̃ntuz
veller: aliq̃s iuſtoꝝ nõ remaneret. Am/
broſi⁹ ſup lucã. Diabolũ nocere nõ poſ/
ſe cognoſcas. ¶ Sext⁹ effectus eſt: q
hoĩem efficit templũ dei. Qđ ſignatum
eſt in hoc q ſpũſſanctus deſcẽdit in ſpe/
cie columbe ſup chriſtũ baptizatum. vn
de tota trinitas manſionẽ habet in ba/
ptizato. Joh. 14. Ad eũ veniem⁹ ⁊ mã/
ſionẽ apud eũ faciemus. Ergo male fa/
ciunt qui poſt baptiſmũ ſcienter morta/
liter peccãt. Expellũt eñ patrez ⁊ filiuz
⁊ ſpm̃ſanctum. ⁊ diabolum introducũt
qui expulſus antea fuit per baptiſmum
qui nihil habet eis dare: niſi eternũ ſup
plicium: ⁊ eterna mala ¶ Septim⁹ effe
ctus eſt q caracterem imprimit q̇ eſt in/
delibilis. quo caractere chriſtiani bapti
zati a ñ chriſtianis in die iudicij diſcer/
nentur. ⁊ bonis cedat ad magnum ho/
norem malis autem ad malam confuſi/
onem. Quia caracter oſtendit: q ipi ſer/
uituti chriſti ſe ſubdiderũt. et in baptiſ/
mo diabolo ⁊ eius pompis renũciaue/
runt. Opera eñ eorum mala aſſociata
caracteri oſtendũt q infidelibus deteri
ores ⁊ abhominabiliores facti ſunt ꝓp/
ter iniuſticias ſuas. Vñ Aug⁹. Quan
to gradus altior tanto caſus decliuior.
Sed quia chriſtiani per ſignum carac/
teris ſunt ſup omnes infideles exaltati.
ergo eorũ caſus erit eorum maior cõfu/
ſio. ¶ Octauus effectus eſt. q filiũ dei
efficit. ad quod ſignãdum ſup chriſtum
baptiſatum audita eſt vox illa. hic eſt fi
lius meus dilectus. Ex quo elicitur cũ
quãta diligẽtia nutriendi ſunt tales fi/
lij ſummi regis. q2 ſi cum oĩ̃ diligẽtia
nutriũtur filij comitum vel regum terre
noꝝ. cum quãta diligẽtia nutriẽdus eſt
puulus quem cõſtat eſſe filium dei De
illis q̇ ſunt in adulta etate neſcitur vtrũ
ſint filij dei vel filij diaboli. Eccl'iaſ. ix.
Neſcit homo an amore vel odio dign⁹
ſit. Sed de puulo q̇ eſt baptiſatus qui
nõdum eſt in etate q poſſit peccare: con
ſtat q eſt filius dei Vnde multũ peccãt
mulieres ⁊ matres q̃ male tractant ſu/
os pueros maledicẽdo ipis. quod nullo
modo licet. Sed reuerẽter tractãdi ſũt
ꝓpter reuerentiam dei qui eos inhabi/
tat ¶ Nonus effectus eſt celi aptio. Et
in hoc oſtendit magna virtus baptiſmi
qui cum in terra exhibeatur: in celo ta/
mẽ opatur. Ad deſignãdum hũc effec/
tum baptiſmi voluit dñs celum aperiri
cũ baptiſaret a Johãne baptiſta in ior/
dane. vt in hoc oſtẽderet q q̃zcito bap/
tiſatus in innocẽtia baptiſmali decedat
euolat inueniẽs ſibi celũ ſp apertũ: cum
añ baptiſmũ homini adulto infern⁹ fu
it aptus. ⁊ puero puo lymbus. Ex quo
patet quãta ſit fatuitas mulierũ que in/
cõſolabil'r dolent de morte pueroꝝ ſuo/
rum q̇ poſt baptiſmũ decedũt añq̃z bap
tiſmalẽ innocentiã pdiderũt. Valde fa
tuum eſt eas dolere de hoc q filij eorum
trãſeunt a ſocietate hominũ ad ſocieta/

rem angelorum. a valle lachrymarum ad gloriā. de exilio ad patriā. Filijs enim videntur inuidere deſiderātes eos potius eſſe in hoc exilio quam in celo. Gaudere deberent potius quod filij ſui de facili tantā gloriam acquirunt propter meritū paſſionis christi. ex quo baptiſmus habet ſuū effectū. ſimiliter et alia ſacramēta. et ſolū dolēdum eſſet ſi propter culpā parentū filij deceſſiſſent.

¶ Pueri quando moriuntur propter culpā parētū

Parētes poſſunt demereri in ſex caſibus quod pueri eorum moriūtur. Primo quando nimis corde intimo diligunt pueros. et maiorē cōplacētiā et amorē ad eos habēt quā ad deū. tūc deus quandoque ex ſua bonitate ſubtrahit eis pueros. vt cor ecōuerſo ad deū erigāt et eum diligāt. Vnde Augustinus. Hoc ab homine colitur quod pre ceteris diligitur. Ergo ſi pueros ſupra deū diligūt eoſdē ſuū deū faciūt Et hec eſt ratio quare illi pueri qui ſunt multū affabiles et prudētes citius moriuntur. Quia parentes cū nimio affectu eos diligūt et cū nimia ſollicitudine ſecundum curſum mundi nutriūt. Secundo cū quis inhonorat ſuos proprios parentes: tūc quandoque punitur in ſuis proprijs filijs Vnde legitur in ceſario quod quidā inhonorauit ſuos parentes. et omnes filij eius in breui defuncti ſūt. Tertio ſi res iniuſtas habent tūc deus ex ſua bonitate tales pueros mori permittit. ne ipſi pueri cū iniuſtis rebus vna cū parentibus dānarentur: hoc quere ſupra. ſ. N. Quarto propter malū exēplū parentum: quia puer talis fuiſſet forte imitatus vitā puer ſam parentū ſuorum. et ſic etiā puer ſius et malus effectus. ſi ſuperuixiſſet. Quinto contigit quandoque propter hoc quod propria mater nō vult per ſe lactare ſuū propriū filiū. ſicut diuites mulieres que conſueuerūt habere nutrices: tūc quandoque lac ipſius nutricis nō eſt conueniēs ipſi puero ſicut lac matris de quo nutritus eſt in vtero et aſſuetus: ſic quandoque pueri moriuntur qui quādoque ſuperuixiſſent ſi propria mater eos lactaſſet. hoc probatur per hoc: quia qui ſumit aliquem cibum quē antea nō ſumpſit: nō ita cōpetit ſue nature ſicut cibus aſſuetus: ita etiam de puero. Sciendū tamen quod quādo aliqua mater per ſe nō pōt lactare puerū ſuū: tūc querenda eſt nutrix virtuoſa. quia puer inclinatur ſecundum naturā nutricis ſue que eū lactauit. Sexto contingit quādoque ex negligētia parentum ſicut parētes qui pueros nō cuſtodiunt ſed eos quādoque ad aquā vel ad ignem ex negligentia ſua cadere permittūt. Vel etiā qui pueros ſecū collocāt ad lectum et eos in ſomno dormiendo ſuffocāt quod omnino cauēdum eſt. Et ſi in aliquo iſtorū ſex iā predictorum parētes rei eēnt: tūc dolere deberēt de morte puerorū ſuorum

¶ De ſignis que fiunt ante et poſt baptiſmum E

Signa ante baptiſmum quattuor fiūt. et poſt baptiſmum tria fiunt. Queritur quid iſta ſignificēt Rūdeo. quod prima exſufflatio et inſufflatio ſignat ſpūs maligni expulſionē. et boni introductōem. Ergo ſacerdos dicit. Exi maligne ſpūs. Secūdo ſalis immiſſio vel linitio ſignat grām et ſapientiam et a peccatorum putredine pſeruatōem. Vnde gratia datur homini in baptiſmo. ſi vult vti illa gratia tūc poteſt cū adiutorio dei. et mediante illa gratia viuere abſque omni peccato mortali vſque ad mortem. Et de hoc quere ſupra. xij. D Tertio ſaliue contactus ad aures et nares ſenſuū ſignat ſpūalium operatōem ad audiendū et intelligēdum ea que ſunt ſalutis. Quarto vnctio olei in pectore ſignat amorem dei quem debet gerere in corde ſuo. Et inter ſcapulas ſignat deuotam ſubiectionem preceptorum dei et eccleſie. ſcilicet ad obediendū deo et prelatis eccleſie. Vnde Bern. Quicquid vice dei pcipit homo quod nō ſit certū diſplicere deo: hoc omnino eſt accipiendum quaſi pcipiat deus. Vnde Luc. x. Qui vos audit me audit. et qui vos ſpernit me ſpernit. F

¶ Tria vero alia fiūt poſt baptiſmum Primo criſmatio in vertice quod ſignat christi gratiam in mente impreſſam. Secundo ipo

ſitio cerei ad manũ ſignat fidei ⁊ amoris claritatem. Tertio veſtis cãdida ſignat innocẽtie reſtitutõem. ¶ Notãdũ ꝙ pueri qui ſine baptiſmo decedũt ad lymbũ pueroꝝ deſcendũt. vbi eſt pena damni et nõ ſenſus. quia nec eſuriũt neq̃ ſitiũt nec habẽt frigus nec calorẽ. ſimplr̃ nullam penam ſenſibilẽ ſuſtinent. ſꝫ ſolummodo ꝙ ſint ꝓuati viſione dei. ⁊ hec eſt pena damni. ¶ Querit̃ vtꝝ pueri iudeorũ ſil'es ſint puerꝭ chriſtianoꝝ ſine baptiſmo decedẽtiũ. Rñdeo ꝙ ſic. qꝛ habẽt eq̃lem culpã. ſ. peccatũ originale. ⁊ nullum actuale nec chriſtianoꝝ nec iudeoꝝ pueri. ergo habẽt eq̃lem penã ſcꝫ penã damni. Sꝫ qñ infidelis ad ãnos diſcretõis ꝑuenerit. ſi tunc nõ ſuſceperit fideꝫ tũc ipſo facto peccat mortaliter nõ ſuſcipiẽdo fidẽ: Et nullã excuſatõem pt̃ habere infidelis. qꝛ fides xp̄iana p̄dicata ẽ ꝑ vniuerſum mũdum. Vñ xp̄s dixit diſcipulis ſuis Marci. xvi. Euntes in orbem vniuerſum p̄dicate euãgeliũ oĩ creature. p̄s. In oẽm terram exiuit ſonus eorum ⁊c̃. Et qñcũq̃ morit̃ talis infidelis: tũc immediate ad infernũ deſcendit Vñ Marci. xvi. Qui crediderit ⁊ baptiſatus fuerit ſaluus erit. q̇ vero nõ crediderit dãnabit̃. Inſuꝑ quotienſcũq̃ ĩfidelis: ſiue paganus ſiue iudeus vſum rõnis habẽs ſciẽter facit ꝯtra aliq̄d preceptoꝝ dei: totiẽs peccat mortal'r. ⁊ ignorãtia nõ excuſat taleꝫ. Vñ Aug⁹. de grã ⁊ li. ar. Jõ diuina p̄cepta data ſunt vt excuſatio de ignorãtia nõ habeat̃

## De ſacramento confirmationis.

A

Confirmatio vtrũ ſit ſacramẽtum neceſſitatis. Reſpõdeo ꝙ ſic: ⁊ hoc ꝓpter ſpũalem pugnã ad quã hõ iuuat̃. licꝫ ſimplr̃ nõ ſit ſacramẽtũ neceſſitatis. qꝛ ſine eo pt̃ hõ ſaluari. ſꝫ nihilominꝰ ꝯtemptꝰ eius damnabilis eſt. Hec Tho. in. iiij diſt. vij. Vtrũ ꝯferatur grã in ſacramẽto ꝯfirmatõis. Reſpõdeo ſm̃ Tho. ꝙ grã ꝯfertur nõ ſolũ cõiter ſicut in quolibet ſacramẽto ꝯfert̃ grã emũdans a peccato. ſed etiã ſpẽalis grã ꝑ quã quis deputat̃ ad effectũ ſcitatis. ⁊ ydoneus fit ad xp̄m ꝯfitẽdũ. Vñ de grato facit magis gratũ. Itẽ querit̃. q̇bꝫ debeat ꝯferri. Rñdeo ſm̃ btm̃ Tho. Omibꝫ xp̄ianis: etiã puerꝭ: viris: ⁊ mulieribꝫ q̇bus cõis eſt pugna ſpũalis. qꝛ ſm̃ Job. vij. Militia eſt vita hois ſuꝑ terrã. B

¶ Itẽ ſciendũ ꝙ ad ꝯfirmatõem ſex req̇runt̃. duo ex ꝑte ſacramẽti in ſe. ſ. materia criſmatis. ⁊ forma verboꝝ q̄ talis eſt. Signo te ſigno crucꝭ: ꝯfirmo te criſmate ſalutis. in noĩe patris ⁊ filij ⁊ ſpũſſancti. Duo ex ꝑte miſtri. ſ. dignitas põtificalis. ⁊ intẽtio debita. Duo ex ꝑte ſuſcipientis. ſ. frons in qua debet fieri criſmatio. ⁊ ꝙ ꝯfirmandus ſit baptiſatus Et ſciendũ ꝙ vnctio criſmatis triplr̃ fit in tribus ſacramẽtis q̄ impͥmunt caracterẽ. In baptiſmo fit in vertice ad deſignandũ fidei ſuſceptõem. In ꝯfirmatõe fit in frõte ad deſignandũ audaciã ꝯfeſſionis xp̄i nois In ordine fit in manibꝫ ad deſignãdũ ptãtem ꝯſecrãdi corpus xp̄i C ¶ Effectus ꝯfirmatõis ẽ multiplex. Primo. qꝛ grãm datã in baptiſmo ꝯſeruat. p̄s. Confirma hoc deꝰ q̄d opatꝰ es in nob. Scd̃o ad militiã ſpũalem p̄parat. ⁊ qꝛ oẽs xp̄iani debẽt eẽ in bello xp̄i. ergo oẽs debẽt recipe hoc ſacramentũ. vt facilius poſſint ꝯtra mundum: carnẽ: ⁊ diabolum pugnare Tertio ad ꝯfeſſionẽ ꝯſtantem nois xp̄i aĩat quem oportet verũ deũ ⁊ verũ hoĩeꝫ cõfiteri. Primo oportꝫ vt ꝯfiteamur eum ſm̃ diuinã naturã patri ⁊ ſpũiſcõ coeq̃lem. quod notat̃ in forma verborũ vbi fit expreſſio trinitatis. Secũdo vt cõfiteamur eũ ſm̃ humanam naturã crucꝭ ſupplicium ꝑtuliſſe. q̄d notat̃ in crucꝭ cõſignatõe que fit in fronte. Et ne erubeſcamus vel timeamus chriſtũ confiteri.

Tertio vt intus ꝛ extra nos ſpũali deco
re ornet. intus qdem p ꝯſciētie puritatē
et extra p odorē bone fame Et hec duo
ſignant in criſmate qḋ ꝯficitur in oleo
ꝓpter p̄mum. ꝛ balſamo ꝓpter ſecũdum
Quarto in bonis agendis vel malis ſu
ſtinēdis roborat. datur eñ hic ſpũſſanc
tus ad roborandũ. Quinto aiam ꝛ cor
pus armat. aiam qdem ꝓpter impſſio/
nem characteris. corpus vero p clypeũ
crucꝫ Sexto p iſtud ſacramētũ fiũt fide
les pleni xp̄iani: plenitudine ſ dico copie
q tñ in baptiſmo pleni facti ſũt plenitu/
dine ſufficiētie Septimo poſt pugnam
coronat. qḋ notat in vitta que circa ca/
put ligatur. Cōfitendũ ē aũt de iſto ſacra
mento ſi qs illud in peccato mortali rece
pit. Quia qcunqꝫ hoc ſacramētũ in pec
cato mortali recipit mortalit peccat. Er
go iuuenes q debēt cōfirmari inducēdi
ſunt vt antea ꝯfiteant. ꝛ inſinuādi ſunt
eis effectus ſacramēti cōfirmatōnis. vt
eo maiorē deuotōem ad illud ſacramē/
tum digne ꝑcipiendum acqrant.

## De tertio ſacra/mento ſcꝫ penitentia.

Penitentia ſm Augꝰ. eſt mala
ꝓterita deplangere: ꝛ plāgēda
iterũ nō cōmittere. Penitentie
vtilitas ꝛ dignitas oſtēdit. Primo in hꝯ
ꝙ nihil eſt qḋ deo tantũ placeat int om
nia in peccatore ſicut penitere ꝛ āplius a
peccatis ceſſare. Hoc ꝓbat. q2 ſi dares
deo oīa bona tp̄alia q habes ꝛ oēs
paupes paſceres. ꝛ infinita monaſteria
et eccl'ias ꝯſtrueres: deo nō places niſi
peniteas. Item ſi habueris oēm ſciam
ita ꝙ p totũ mũdũ pacē faceres: oīa bo/
na in mũdo ꝯſilio tuo diſponeres. Itē
ſi lingua hoim loqreris ꝛ angelorũ. i. ꝙ
tot ꝯuerteres pctōres vt oēs pdicatoēs
ab initio mũdi ꝯuerterũt: factus es ve/
lut es ſonās. q2 aliis ꝓdes ſ; teipm con
ſumis ſi a pctō nō ceſſas. Item ſi tradi
deris corpus tuũ ita vt ardeas: deũ tñ
nō placas niſi peniteas. ꝛ a pctīs ceſſes
Om deus ꝯtritōez ꝛ pn̄iaꝫ diligit. q2 ꝓ
hoc de celis in terrā. de angel' ad pctō/
res. de delicijs inenarrabilibꝫ ad penas
ineſtimabiles venit. imo tñ pn̄iam affe
ctat dn̄s. q2 cũ oīa bona in celis haberꝫ
cũ angelis ꝓ nobꝫ pn̄iam aſſumpſit. vt
eius p̄cioſitatē pctōribꝫ v̄bo ꝛ exemplo
ꝯmendaret Iuxta illud Math. ix. Nō
veni vocare iuſtos ſ; pctōres ad pn̄iam
Etiā ſancti aſſumpſerũt pn̄iam. vt ſcũs
iohēs bap. btā v̄go maria q nō delique
rũt. g̃ multo magis nos pctōres. Item
diabolo nihil moleſtius eſt reſpcũ pctō/
ris ꝙ̄ pctōrē vere penitē. nō eñ ipm tā
tũ moleſtares o pctōr (vt p ipoſſibile lo
qr) ſi eũ in camino poneres. ſi ſuſpēdēs
ſi rotares. nō tantũ ꝯtriſtaret quo ad ali
qd. in tantũ triſtat de pn̄ia hoīs ꝙ in p
petuũ tāto triſtior eſt. Baruch. v. Sic
gauiſa eſt in tua ruina ꝛ letata eſt in caſu
tuo babylon: ſic ꝯtriſtabit in tua cōſo/
latōe. Ideo aũt tātũ dolet ꝙ tā longuꝫ
laborē in te pdidit ꝛ valde ꝯfundit ex eo
ꝙ hō debet venire ad tantā gl'am: de q
ipe cecidit B Itē nihil hoī pctō
ri vtiliꝰ ꝙ̄ a pctō ceſſare ꝛ penitē. ꝛ nō ſi
bi eēt tā vtile ꝙ qtidie ꝓ eo tot miſſe de
cantarent qt ſtelle ſunt in celo. ꝛ oēs ſci
ꝓ eo interpellarēt. ꝛ ſi celũ qtidie ei ape/
riret ꝛ plueret ſm velle ſuũ. ꝛ ſol ꝛ luna
et ſtelle ſm volũtatē ſuā curſum ſuũ pa/
gerēt. imo ſi qtidie angeli deſcēderēt de
celo ꝛ loqrent ei. ꝛ rapet in aerē ab ange
lis ſicut factũ eſt aliqbꝫ ſcīs. imo ſi beata
v̄go loqret ei. Nec mirũ cũ ipe dn̄s ſepe
locutꝰ eſt cũ iuda. ꝛ tñ dānatus ē. Si in
terrogares oēs ſcōs de vtilitate pn̄e:
Rñderēt ꝙ qlibet eoꝝ vellet tecuꝫ ꝑtici/
pare ſuũ donũ qḋ a deo hꝫ in celo. An/
ſel'. Unuſqſqꝫ gaudet tātũ de alterius
merito qntũ de ſuo ꝓprio. Si mariam
interrogares. rñderet ꝙ vellet tecũ ꝑticī
pare oīa ſua merita ꝛ gaudia. Si xp̄m
reſpōderet ꝙ dare tibi vellet ea gaudia

que nec ocul⁹ vidit nec aurꝫ audiuit. nec in coꝛ hominis aſcēdit immo nec ea numerare potes. Unde dixit domin⁹ ad abꝛaam. Suſpice celū: ſi numerare potes ſtellas. ſic nec gaudia celi.

¶ Penitētia qūo ſit opꝰ.

Penitentia reſpectu dei ⁊ pcōꝛis eſt opꝰ: Nulla creatura neqꝫ in celo neqꝫ in terra. nō oēs martyres neqꝫ apoſtoli neqꝫ ꝓphete. neqꝫ ꝯfeſſores: neqꝫ virgīes: ſꝫ ſola penitētia placat deū pccōꝛi. Unū ipe dixit Math. 3. Penitētiā agite: appropinqbit ei regnū celoꝝ. Ecci 12. Altiſſim⁹ odio hꝫ pccōres: ⁊ miſert⁹ ē penitētib⁹. Ezechiel. 18. Si impius egerit pniā ab oī pccō ſuo vita viuet. Act. 3. Penitemini ⁊ cōuertimini vt deleātur pccā veſtra dixit petr⁹ apl's crucifixoꝛib⁹ xpi. ſic ⁊ dicet tibi peccatoꝛi. Penitētia potētiſſima ē in oī tpe qꝛ ab initio mūdi vſqꝫ in finē durat eius potētiſſima potentia. qꝛ nūq̄ ver⁹ penitēs dānabit. qꝛ de oī gnē hoīm īueniūt in inferno niſi de penitētib⁹ vere et innocētib⁹: Itē in oī etate ⁊ in qlibꝫ etate ſaluat. ⁊ qnqꝫ quaſi i extrema ſufflatiōe vt patet in latrone q̄ cū xpo i cruce pepēdit In oī loco: qꝛ pccōꝛi celū apit. qꝺ null⁹ angl's nec aliqs ſctoꝝ facē poſſet In terra: qꝛ plus mereri facit penitētē vno die q̄ peccatoꝛ in mille annis. In inferno ⁊ in purgatoꝛio potētiā exercet. qꝛ vtrūqꝫ extinguit penitētib⁹ vere ⁊ pfecte. In oī pſona: etiā ſi cētū milia moꝛtes meruiſſꝫ Etiam ſi ſit ſicut iudas vel pylat⁹ vl' herodes. Chryſoſt. O penitētia oīa ligata ſoluis. oīa aduerſa tu mitigas oīa ꝯtrita tu ſanas. Sap. 7 Cū ſit vna oīa pt. D ¶ Pnia oīa poteſt in celo. ⁊ in terra reſpectu dei ⁊ pccōꝛis p̄ter quatuoꝛ Primū ē pccōꝛē de inferno ñ poſſe liberare. Quia in inferno nll'a ē redēptio Unū greg⁹. xi. li. moꝛal' Quiſqs ad iferni mala toleranda deſcēderit: nequaq̄ vlteri⁹ ad lucē redibit. Quia nequaq̄ vlteri⁹ miſcđia parcētꝫ libēat. q̄s ſemel i locis penalib⁹ iuſticia iudicātis dānat. Ergo ꝓ dānatis ñ eſt oꝛādū. qꝛ nunq̄ liberabuntur. Unū dt Aug⁹. Si ſcirē pr̄em meū in inferno. non plus oꝛarē ꝓ eo q̄ ꝓ diabolo. Licet aūt pnīa nō poſſit hominē de inferno liberare. pt tamē a poꝛtis inferi. id eſt a peccatꝭ moꝛtalib⁹ dū homo viuit ipm pccōꝛē eruere Tante eſt potētie. Hoc nemo alius nec in celo nec in t'ra pōt. Scōm ꝙ non poteſt ē ꝙ virginitatē pditā nō pt reſtituē. Unde Iſiđ. de ſummo bo. Oē pccm p penitentiā recipit vulneꝝ ſanitatem. virginitas aūt ſi labit nulla penitentia reparatur ad integritatē. Et licet penitētia virginitatem non poſſit reddere. poteſt tñ peccatoꝛē penitentē virgini equalem vel maioꝛē in celo efficere: q̄uis aureolā nō valet ipe penitens rehabere. Uerbi grātia. Beatus Petr⁹ apl's maioꝛ ē q̄ml'te virgīes q̄uis aureolam non habeat. Sil'r ⁊ maria magdalena. ⁊ ml'ti aliꝫ ſancti. Sed aureolam virgo coꝛrupta neq̄ q̄ habere poteſt: etiā quantumcūqꝫ peniteat. Unde Hyeronimus. Audēter loquoꝛ cum omnia poſſit deus. ſuſcitare tamē non poteſt virginem poſt ruinam valet quidē liberare de pena: ſꝫ nō valet coꝛonare coꝛruptā. Tertium qꝺ nō pt eſt ꝙ tempus inutiliter pditum nō pt reſtituere: Et licet nō poſſit tempus pditum reſtituere: tamē poteſt deo ꝓ eo ſatiſfacere Quartū eſt: ꝙ opa de gnē bonoꝝ moꝛtua. i. opa facta i pccō moꝛtali ñ poteſt viuificare. Et licet non poſſit opera moꝛtua viuificare: pōt tñ opa moꝛtificata reſuſcitare. i. illa bona opa q̄ ſūt i gratia ātea facta. ⁊ poſtmodū p ſeqns moꝛtale peccatū moꝛtificata. illa opa ipa penitentia reuiuiſcere facit. Sꝫ illa opa q̄ ſunt facta in peccato moꝛtali nūquā reuiuiſcunt. verſus. Uiuere non poterūt q̄ nūq̄ viua fuerūt. Sciendū ꝙ penitētia in trib⁹ ꝯſiſtit. ſcꝫ i ꝯtritōe ꝯa. ⁊ ꝯfeſſione pura. ⁊ ſatiſfactōe. de qb⁹ nūc per oꝛdinē dicēdum eſt.

¶ De p̄ma parte peniten/
tie. ſcꝫ de ꝯtritōe.

CONtritio ſm btm̄ Thomā ſup
4. diſt. 17. eſt dolor voluntarie.
aſſumptus ꝓ peccatis cū ꝓpoſi/
to cōfitendi ⁊ ſatiſfaciendi. Querit̃ vtrū
ꝯtritio debeat eſſe maxia. Rn̄deo quā
tū ad iteriorem dolorē ⁊ diſplicētiam dꝫ
eſſe maximꝰ dolor. qd̄ ꝓbat̃ ꝑ tria. Pri/
mo: q2 ī nulla re debemꝰ h̄re tantā com
placentiā ſicut ī deo. mō hoc totū perdi
mus cū pcc̄o mortali. ⁊ ꝯtraria ꝯtrarijs
curant̃. Ergo de pcc̄o cōmiſſo maximū
dolorē ⁊ diſplicentiā h̄re debemꝰ. Se/
cundo ꝓbat̃ qn̄ quis offendit aliquē di
lectū q̄nto plꝰ de h̄ dolet tanto magꝫ eū
dilexit Sed deū ſuꝑ oīa diligē debemꝰ
quem peccādo offendimꝰ. igit̃ ⁊c̄. Ter
tio ꝓbat̃ qn̄ quis aliquā rē perdit tanto
plus dolet quāto melior ipa res ē. Or
hō plus dolet de amiſſione vnius flore/
ni ꝙ̄ denarij. Sed deus eſt ſummū ⁊ in
finitū bonū quem peccando offendimꝰ
⁊ perdimus. igit̃. ⁊c̄. Ex quibꝫ ſequitur
ꝙ dolor contritōis q̄ntū ad iteriorē diſ/
plicentiā dꝫ eſſe maior omī dolore q̇ tē/
poralit̃ p̄t hoi accidere. etiā ſi oīa bona
tꝑalia ꝑderet. vel pat̃ ⁊ mat̃ vl' vxor ⁊ fi/
lij. ⁊ cōiter oēs ꝯſanguinei morerent̃ Er
go ī vera amaritudie cordis ⁊ ꝯtritōne
deflere debemꝰ offenſam dei ⁊ mortē no
ſtre ꝓprie aīe. Vn̄ Innocentiꝰ de vilita/
te ꝯditōis hūane. Sentiat ſe culpabili/
ter durū ⁊ dure culpabilem q̇ amici ſui
mortē corꝑalem deplorat. ⁊ ſpūalem aīe
ſue mortem non deflet:

¶ Quatuor ſūt ſigna ꝯtritōis.

COntritionis ſigna ſunt quatu/
or per que cognoſci poteſt an de/
us per contritionem indulſerit
ſibi peccata. q2 ſine vera contritione nul/
lo mō fit remiſſio peccatorum. Primuꝫ
ſignū ſi de preteritis peccatꝫ dolet: ⁊ ī fu
turū ſe firmiter cauere ꝓponit. ſic ꝙ poti
us vellet ſubire oēm penam in generali
loquendo. vel etiā mori corporaliter vl'
mēdicare ꝙ̄ amplꝰ ſcient̃ mortalit̃ pec
caē. Vn̄ apl's. Quis nos ſeꝑabit a cha
ritate chr̄i. an ꝑſecutio aut fames. Se/
cūdū ſignū eſt ſi ipe penitēs paratus eſt
facere ſatiſfactionem leſis ſiue in rebus:
ſcꝫ reſtituendo omnia iniuſta. ſiue fama
ſcꝫ reuocando ꝙ falſe ⁊ mendaciter ſuuꝫ
ꝓximum īfamauerit. ſiue in corpoē vul/
nerando. ſiue virginitatem virginuꝫ cor/
rumpendo: ⁊ ſic de alijs offenſis. Et in
quibus non poteſt ſatiſfacere doleat. et
habeat ꝓpoſitum ſatiſfaciendi cum aliq̊
modo poterit. Unde Bernar. Qui ve
raciter penitet quicq̇d ſibi ꝓ culpa quā
odit iniungit̃: tacita conſcientia patien/
ter amplectitur. Tertium ſignum ꝙ ꝑ/
cat offenſoribus quomodocūqꝫ ⁊ quan/
tumcūqꝫ ⁊ ꝙ̄ grauit̃ offenſus ſit ab alio
ſiue in rebꝫ ſiue ī fama ſiue ī ꝑſona. Vel
etiā ſi grauior offenſio accidiſſet vl' in fu
turū accideret paratꝰ ē ī aīo ſuo ꝓpt̃ deū
īdulgere. vt d̄s ſibi pcc̄a ſua īdulgeat.
Sed q̇ nō vult īdulgere: nō eſt vere ꝯtri
tus. nec verꝰ penitēs. Vn̄ Chriſo. d̄ cō
punctōe cordis. Qualē vi ſ erga te eē de
um cū delictoꝝ veniā poſcis: talē te exhi
bere debes his qui deliquerūt ī te Vn̄
Augꝰ. Unuſq̇ſqꝫ talē īdulgētiam acce
pturꝰ eſt a d̄o q̄lem ⁊ ipe dederit ꝓximo
Ergo illi qui adhuc ſtant in rancore: et
nolunt indulgere: non ſunt abſoluendi.
nec cum ſacra communione communi/
candi. Quartum ſignum eſt ſi officium
vel negociū qd̄ ſine pcc̄o mortali non p̄t
exerceri paratꝰ eſt reſignare. Ergo illi q̇
h̄nt tl'ia officia. q̇ nll'o mō ſine pcc̄o mor
tali ꝑficere p̄n̄t: ſic̄ traditores lenones. ⁊
ſic de alijs (⁊ ꝓ quibꝫ inhibet̃ eis cōmu
nio) ſemꝑ ſūt in pcc̄o mortali ⁊ ī ſeruicio
diaboli die noctuqꝫ. ⁊ inſuꝑ ſunt priua/
ti omni bono totius eccleſie. ⁊ nihil poſ/
ſunt in iſto ſtatu facere quod ſit eis meri
torium vite eterne. licet quandoqꝫ confi
teantur. tamē nihil valet eis talis cōfeſ/
ſio ex quo deſiſtere a tali officio nolunt.
Sed hoc non intelligitur de ill' qui ha/

bent artificia bona ⁊ honeſta ⁊ vtilia que
licite cū dō poſſūt fieri ſicut ſutores. ſar/
tores. ⁊ ſic de alijs. Et tales qñ fidelit͛ la
borant: ⁊ ſunt ſine peccato mortali tunc
omnis labor erit eis meritorius. Sed ſi
infidelit͛ laborāt ⁊ fraudulent͛: tūc tales
habebunt duplex dānum: quia hic i p̄/
ſenti habent paupertatem in labore ma
gno. ⁊ cum hoc eternam dānatōem i fu
turo. ergo omnes mechanici ⁊ laborato
res debent ſuos labores fideliter perfi/
cere. ⁊ omni die oēs labores deo omni/
potenti offerre: tunc retribuet͛ eis in vita
eterna. Vñ Greg᷑. Oē bonū qđ agim᷑
ꝑ intentionē ſemꝑ ad celeſtia leuem᷑ vñ
ps̄. Labores manuum tuarum. ⁊c̄.

H ¶ Querit͛ vtꝝ req̇rat͛ ꝯtritio đ q̊/
libet peccato mortali. Reſpōdeo ſ͛m pe
trum damaſcenum in. 4. diſt. 17. Q᷑ in
omni peccato mortali eſt actualis auer/
ſio voluntatis a deo ad pcc̄m. ⁊ ꝯtraria
ꝯtrarijs curant͛: oportȝ ḡ q᷑ i om̄i remiſ/
ſiōe pcc̄i mortal͛ ſit actual͛ auerſio a pec/
cato ad deū: que q̇dem contritio appel/
latur. De peccatis tamen oblitis ſuffi/
cit generalis contritio cum conatu ad re
cordādum ⁊ dolendum. Sed nec ſolū
de peccato oblito debet q̇s in genē do/
lere: ſed ⁊ đ obliuione eiuſdem que ex ne
gligentia contingit. Item ſciendū q᷑ de
pcc̄o maiori debȝ eſſe maior dolor quia
maiori offēſe maior pena debetur ⁊ ma/
ior ſatiſfactio requiritur. Querit͛ vtrum
ꝯtritio poſſit tollere totuȝ reatum pene
Reſpondeo ſ͛m pe. vbi. s̄. ꝯtritionis ac
cenſio p̄t attēdi dupliciter. vl͛ ex ꝑte cha
ritatis: q̄ cauſat diſplicētiam peccati. vl͛
ex parte doloris qui in ſenſitiua excitat͛.
⁊ in vtroq; mō poteſt tm̄ intendi cōtri/
tio q᷑ tota pena remittit͛. Exempluȝ pa
tet de latrone q̇ cū xp̄o pepēdit in cruce
Exemplum ī dyalogo Ceſarij. Tēpo
re Innocentij pape erat mulier quedaȝ
igne libidinis accenſa que ꝓprium ada/
mauit filium. de quo concepit ⁊ genuit
filium alteruȝ. Terrore igit͛ percuſſa mi
ro modo dolet timēs ſe tradi ſathane vl͛
morte ſubitanea īterire. Deo miſerāte đ
ſatiſfactōe anxiari cepit. p̄habito igit͛ p̄/
us ꝯſilio ſacerdotis ſui: infantulū ſecum
tollēs romā venit cū multa īportunitate
⁊ magna ꝯtritōe dn̄i Innocencij oculis
ſe ingeſſit: cū tantis lachrymis ⁊ clamo
rib᷑ cunctis audiētib᷑ faciens ꝯfeſſiōem
vt oēs verterēt͛ in ſtuporem. Geſtauit in
brachijs infantē cōmiſſi ſceleris teſtem.
Videns dn̄s papa in muliere tantā cō
tritionem. ⁊ quia vere eſſet penitens: mi
ſcđia motus ſuper eam ſicut prudens
medicus volens infirmum plene ⁊ cito
ſanare: medicinam etiā vere contritiōis
ꝓbare p̄cepit. vt in tali veſte corā eis ap
pareret: in quali venerat ad filium cum
peccaret. Illa cōfuſionem et͛nā tempo/
rali anteponens: mox exiuit. ⁊ veſtes de
poſuit ⁊ ī camiſia redijt. Et q̄ȝ paratiſ/
ſima foret ad omnē ſatiſfactioneȝ in tali
obedientia ſatis oſtendit. Conſiderās
vir beatiſſimus tali obedientie tali vere/
cundie tali penitētie nullius peccati pe
nam poſſe reſiſtere: coram omnib᷑ dixit
ad mulierem. Dimiſſum eſt pcc̄m tuuȝ
vade ī pace: ⁊ nihil ampli᷑ iiunxit ei. Au
diuit hoc q̇dā đ cardinalib᷑: murmurā
do rep̄hendit papā dicēs ad tātā culpā
tā breuē pn̄iam nō ſufficere. Cui ille re/
ſpōdit. Si ego iiuſte egi cū muliere iſta
⁊ ſi īſufficiēs eſt pn̄ia ei᷑ corā đo poteſta
tē hȝ diabol᷑ īgredi corp᷑ meū et coraȝ
oībus me vexet. ſi vero iiuſte me rep̄hen
dis ſil͛e tibi fiat. Et ſtatim diabol᷑ car/
dinalem eundē vexare cepit: ꝑ cui᷑ vexa
tōem perfectā mulieris pn̄iam deus pa
lam oſtendit. Tandē cōmuni oratione
purgatus cardinalis didicit ī ſua vexa/
tione diuine miſericordie de cetero non
oblatrare.

## ¶ De confeſſione.

H Confeſſio ſ͛m Raymūdū eſt le/
gittima coram ſacerdote pecca/
ti declaratio. Querit͛. vtꝝ ꝯfeſ/
ſio ſit de neceſſitate ſalutis. Reſpondeo

ꝙ ſic: oīs fidelis ſaltē ſemel ī anno tenet
ex precepto quando ad annos diſcretio/
nis ꝑuenerit ꝯfiteri oīa pcc̄a ſua. ⁊ com
municare ſaltē in paſcate. vt p₃ extra ð
pe. ⁊ re. Dis. Circa qð querit̄. vtꝝ pue
ris ſit dādū ſacr̄m eucharistie. Rn̄deo
ſm Tho. in. 4. di. 9. Pueris carentibꝫ
vſu rōnis qui non poſſunt diſtinguē in
ter cibum corporalem ⁊ ſpūalem nō de/
bet corpus chriſti dari. quia ad ipm exi
gitur actualis deuotio quam tales pue/
ri habere non poſſunt. Sed pueꝝ ha/
bere incipientibus diſcretionem etiam
ante perfectam etatem: puta cum ſint. x
vel. xi. annoꝝ pt dari ſi in eis diſcretiōis
ſigna ⁊ deuotōis appareāt. Hec ille Et
ratio huiꝰ eſt. q₂ ad ꝑcipiēdū ſacr̄m req/
rit deuotio actualis: ⁊ tales pueri qn̄q₃
maiorē diſcretōem ⁊ deuotionem ⁊ affe
ctum habent ad ſacramētum q₃ aliꝰ for/
te qui eſt viginti annoꝝ. Ergo parentes
debent pueros informare qn̄o ibi ē chri
ſtus q̇ eſt de virgine natus ꝓ nobis paſ/
ſus. ⁊ que bona eueniunt homini ex di
gna communione. ⁊ deberēt eos infor/
mare quomodo confiteri deberēt et pe/
nitere de decem ꝓceptis. ⁊ ð ſepte₃ pec/
catꝫ mortalibus. ⁊ quomodo debēt ha
bere firmum ꝓpoſitum amplius abſti/
nendi a peccatis. Item informādi ſunt
qn̄o reuerenter ſacramētum ſumere de/
bent nec immediate expuere. nec imme/
diate poſt ſumptionē ſacramenti come
dere. ſed ꝓ gratiarū actione debent ſe in
memorando paſſionem chriſti exercere
an̄ acceſſum ⁊ poſt. ⁊ ſignanter cauere ne
chriſtū eċōuerſo expellāt ꝑ peccatū mor
tale. Sciendū ꝙ quātūcūq₃ pcc̄or ꝯte/
rit: tn̄ confiteri tenet̄. q₂ non ſufficit con
tritio. niſi ſequat̄ confeſſio. Vn̄ð Amb
in libro ð paradiſo Non em̄ q̇ſq₃ a pctō
iuſtificari poteīt niſi pcc̄m an̄ ꝯfeſſꝰ fuerit

Conditōes que requirunt̄ ad
confeſſionem.

Sed queritur: confeſſio qual̄ eſſe
debeat. Reſpondeo ꝙ primo ð
bet eſſe premeditata. Sed diceres q̄n/
tam diligentiam debet homo adhibe/
re ad rememorādum ſua peccata. Re/
ſpondeo ꝙ maiorem q₃ vnq₃ in aliq̄ re
tranſitoria habuiſti. hoc ꝓbatur. quia ſi
quis rationem regi terreno deberet daē
de multis ⁊ arduis cauſis ſub pena pri
uationis oculorum vel manuū vl̄ pedū
ſi in ipſa ratione deficeret: tunc q̇ talis ma
gnam diligētia₃ adhiberet vt debite ra/
tionem redderet. Sed adhuc maiore₃
rationem reddituri ſumus in ꝯfeſſione
quia de tota noſtra vita. ⁊ hoc ſub pena
priuatōis vite eterne. Ergo quilibet d₃
ad memoriam reducere in q̇bꝫ locis fuit
⁊ quid in quolibet loco deliquerit. et q̊/
tiens quodlibet peccatum commiſerit.
quia nō ſufficit ꝙ quis dicat in cōfeſſio
ne hoc peccatum ſepius commiſi. quia
neſcit confeſſor intelligere vtrum decies
vel vigeſies vel centies. Si autem tūc
dicat ſub det̄minato numero ꝓut ſibi ī
eſtimatione ſua videbitur. vt dicēdo. H
peccatum cōmiſi decies vel vigeſies vel
centies. vel plus vel minus. quia certu₃
numerum ignoro. tunc confeſſor poteſt
eū ſm hoc expedire. ⁊ penitētiam iniun
gere. Quia maior penitētia iniungēda
eſt illi qui aliquod peccatu₃ decies com
miſit. q₃ illi qui ſolu₃ quater aut ſepties
hoc ide₃ cōmiſit. Vn̄ yſið. de ſum. bo.
Ille penitentiam digne agit. q̇ reatum
ſuū ſatiſfactione legittima plāgit. Vn̄
etiā Augꝰ. de penitētia. Vere penitēs
ꝯſideret qualitatem criminis. in loco. ī
tempore. in ꝑſeuerātia. in varietate ꝑſo/
ne. Et qua hoc fecerit tēptatione. ⁊ ī ip
ſius vicij multiplici executiōe. Sed heu
aliqui currūt ad cōfeſſionē ſine debita ꝑ
meditatione. qð multū ē reꝑhēſibile: ſi/
gnant̄ in his qui raro confitentur. q₂ ta
les plura pcc̄a obliuiſcunt̄ Ergo ꝯſulē
dum eſt cuilibet: vt ad minus quater in
anno. ſc₃ in angarijs ſua pcc̄a confitea/
tur. Quia ꝑ hoc homo a multis pecca/
tis retraheretur qn̄ ſentiret appropinq̄/

re angariã in qua ꝯfiteri vellet. ⁊ tũc eẽt
magis ſolliciť cauere ſibi a pccĩs: R
¶ Scđo confeſſio debet eſſe nuda ⁊ in
tegra. quia deus dimidiam cõfeſſionez
non acceptat. nec vnũ pccž mortale ſine
alio remittit. Vñ Deutroñ. xxxiij. Dei
perfecta ſunt opera. Vñ notãdũ ꝙ pec
cator debet duo facẽ. Primo dz ad me/
moriã reducere pccã ſua. ſcz audiẽdo ſ/
mones. ⁊ ſm ſuũ poſſe examinãdo con/
ſcientiam ſuam. Scđo dz deum rogare
vt ſibi reuelet ⁊ ſibi cor ſuũ illumiet ad
cognoſcẽdum pccã ſua. Et ſic accedere
ad cõfeſſionẽ. ⁊ oĩa pccã ſua nude et in/
tegre confiteri: nullũ ex verecundia obti
cẽdo: ⁊ ſic habere firmã ſpez đ ĩdulgẽtia
omniũ pccõrum q̃ ſcit: ⁊ q̃ oblitꝰ eſt Cõ
tra hoc faciũt illi qui ex verecundia hu
mana palliant vł occultãt ſua pccã. qđ
eſt contra humanã rõem ⁊ contra deuz
Si eñ non erubuiſti peccare: nõ debes
erubeſcere confiteri. Vñ Chriſo. Cur
confunderis dicere: qđ nõ ꝯfuſus es fa
cere. Cur vereris dño indicare qđ non
es veritus dño vidẽte cõmittere. Vnđ
pš. Delictum meum cognituz tibi feci.
Vñ Augꝰ. ſup ƀ. Quãdo detegit hõ
đs tegit. qñ hõ tegit: deꝰ nudat: qñ ho
mo agnoſcit: deus ignoſcit. ¶ Tertio
confeſſio dz eſſe ꝓpria ⁊ accuſans. ſcilz ꝙ
ſua ꝓpria pccã confiteatur ⁊ non aliorū
nec aliquẽ debet noĩare in ꝯfeſſione ni/
ſi in tali caſu in quo ſine denominatõne
ꝑſone non poſſet ipm pccm exprimere
vt ſi peccauit cũ ſorore vł cũ matre. Itẽ
confitens nõ debet ſe excuſare ſicut aliq̃
qui dicunt in confeſſione. Deus ordina
uit mihi hoc ꝙ hoc malum commiſi qđ
omnino eſt falſum. ⁊ cũ hoc magnũ pec
catum eſt credere vel dicere ꝙ deꝰ malũ
velit: ſed eſt ipſius hominis ꝓpria mali/
cia. Vñ apl's. Hec eſt volũtas dei ſan/
ctificatio veſtra. Itẽ aliqui dicũt diabo/
lus decepit me Itẽ aliqui dicunt coactꝰ
ſum ab hominibꝫ. Vñ Seneca Dimit
te excuſationez quia nullus peccat inui/
tus Et tales ſic ſe excuſantes nõ ſũt ab/
ſoluẽdi. q̃ cõfeſſio debet eſſe ꝓpria ⁊ ac/
cuſans ¶ Quarto cõfeſſio debet eſſe la/
chrymoſa. q̃ cuz dolore ⁊ amaritudine
cordis pctã ſunt cõfitenda vt miſcđiam
cõſequamur. Vñ Gregꝰ. Illum quem
cõſpicis delicta fletu delere in cõſpectu
deitatis nõ dubites miſcđiam cõſequi.
Cõtra hoc faciũt qui pctã ſua q̃ſi fabu
lam vnã ſacerdoti ꝓponunt: nullam ve
recũdiã de peccatis ſuis habẽtes. Ber
nardus. Sũt quidã qui cõfitẽdo ſicut
fabulã peccatorũ narrant hyſtoriam. ⁊
egritudines aĩe ſue ſine cõfuſione dinu/
merãt. Sed vere cõfitens cũ verecũdia
debet pctã ſua cõfiteri. Vñ Bernardꝰ
Ideo iubemur cõfiteri pctã vt erubeſcẽ
tiam habeamus ꝓ pena Vñ Augꝰ. in
li. de penitẽtia. Erubeſcẽtia nãqꝫ mag/
na eſt pena. ideo q̇ erubeſcit ꝓ pctõ dig
nus eſt miſcđia. ¶ Quinto cõfeſſio de/
bet fieri cũ bona ſpe ⁊ cũ vera humilita
te. Berñ. Humiliter cõfitentibꝫ remit/
tit deus peccatũ. ⁊ diabolus eũ quez in
corde hoĩs inuaſerat amittit ṗncipatuz
Itẽ penitẽs debet habere bonã fidem
et fiduciã firmiter ſperãdo ſe cõſequi in/
dulgẽtiam. Vñ Augꝰ. Penitẽtia q̃ ex
fiducia nõ ꝓcedit inutilis eſt: ſterilis ma
net ⁊ ſine miſcđia Vñ Ambro. Nõ ꝓ
teſt bene agere ꝑ mãm qui nõ ſperat in/
dulgẽtiam. ¶ Queriť. vtrũ in aliq̃ caſu
confeſſio ſit reiterãda. Rñdeť ꝙ in q̃ttu
or caſibꝫ reiterãda eſt ꝯfeſſio. hoc q̃re ſu
pra. iiij. P ¶ De ſatiſfactõe L

Satiſfactio eſt tertia ꝑs penitẽtie
Vñ Augꝰ. đr. Satiſfactio eſt
cauſas pctõꝝ excidere. ⁊ eoꝝ ſug
geſtionibus aditũ nõ indulgere. Vñ
notãdũ ꝙ ſatiſfactio debet ſꝑ fieri ꝑ cõ/
traria Vñ ſupbo ſꝑ iniũgẽda ẽ ꝓſterna
tio ⁊ hũiliatio ⁊ veſtiũ depoſitio. Item
auaro iniũgẽda ẽ iniuſtaꝝ reꝝ reſtitutio
et de iuſtis rebꝫ elemoſynaꝝ diſtributio
Itẽ guloſ ⁊ ebrioſis iniũgẽde ſtž abſti/
nẽtie ⁊ ieiunia. q̃ ſm Salomo. ꝑ q̃ hõ

peccat: ꝑ hec punieť. Itē luxurioſis ⁊ ad
ulterꝭ iniūgēde ſūt afflictõẽs corꝑis .ſ. vt
dure iaceāt. veſtes duras induāt. ⁊ di/
ſciplinas cū virgis recipiāt. ⁊ ſic de alijs
Vn̄ Greg⁹ Neq̄ꝙ ſatiſfacim⁹: ſi ab ini
q̄tate ceſſam⁹: niſi voluptates q̄ſqꝫ q̄s
dilexerim⁹ ecõtrario oppoſitꝭ lamētis inſe
q̄mur. Itē accidioſis ⁊ pigrꝭ iniūgēde ſtꝫ
vigilie. ſcꝫ vt mane ſurgāt: ⁊ eccľias fre/
quentēt. Et etiā vt q̄nqꝫ ꝑegrinationes
faciāt. ¶ Itē iracūdis ⁊ rācoroſis iniun
gēdū ē vt ſuis inimicis ſe recõcilient. ⁊ oēꝫ
iracūdiā ⁊ vindictā ex corde dimittāt. et
cū eiſdē amicabiliť loq̄nť. ⁊ erga eos ſe
charitatie exhibeāt. ⁊ ſic de alijs M
¶ Querit̃ vtrū ſatiſfactõēꝫ iniūctā ſed
in pcc̄o mortali expletā: neceſſe ſit itera-
re. Rn̄deo ſꝫ Tho. i. 4. di. 15. Aliq̄ ſa
tiſfactõēs ſūt ex q̄b9 manet aliq̄s effect⁹
i ſatiſfaciētib9 etiā poſtꝙ act⁹ ſatiſfactio
nis trāſijt ſic ex ieiunio manet corꝑis de
bilitatio. Ex elemoſynis largitꝭ ſube di/
minutio. ⁊ ſic de alijs. Et tales ſatiſfacti
ones i pcc̄is facte nõ oꝑtet ꝙ reiterent̃.
Qr̄ q̄ntū ad iſtõ q̃ð de eis manet ꝑ pe/
nitētiā ſeq̄ntē accepte fiūt. Satiſfactio/
nes aūt q̄ nõ relinquūt aliquē effectū in
ſatiſfaciente poſtꝙ act⁹ tranſijt oꝑtet ꝙ
iterent̃. Sic eſt ð orõne ⁊ ſimilib9. Act⁹
eīm iterior q̄ totaliť trāſit nllo mõ viuiſi
cať. ꝫ oportet ꝙ itereť. Itē Albert⁹ ma/
gn⁹. etiā addidit wilhelm⁹: ꝙ taľ teneť
ad ſuſcipiendā ꝓpterea pniam ſiue ſatiſ/
factõēm. non tñ eſt ei iponēda pnia tan
ta q̄nta ſi nlľa fuiſſet ipoſita. qr̄ p̄ſumen
dū eſt. ꝙ ꝓpť illā ꝑus iniunctā quā fece
rit (licet extra charitatē) dn̄s maiorem
ꝯtritõēm ei dederit. Et nota: ꝙ non ē in
pcc̄o mortali q̄ eſt ꝯtrit⁹. hec ille. Ergo
bonū eſt quando hõ vult perficere peni/
tentiā ſibi iniūctaꝫ. vt ꝑus ꝯterať ð pec
catis ſuis. ⁊ ſic i contritõe pniam ꝑficiat
N ¶ Querit̃: vtrum penitēs cõple/
ta pnia ſit totaliter abſolutus. Reſpon
deo ꝙ penitentia que iniungit̃ pro pec/
catis aut ē maior ꝙ peccata fuerunt. tūc
deus ſuꝑfluum remunerabit in vitā et/
na. Si equalis: tūc ex toto abſolut⁹ eſt
ꝯpleta pnīa equali ſm̄ q̄ntitatem pctõ
rem. Si minor: tūc quod adhuc reſtat
⁊ q̃ð hic minus fecit: hoc in purgatorio
ſupplebit. Ex quo ſequit̃. ꝙ quilibꝫ nõ
deberꝫ obhorrere hic agere durā pnīaꝫ
qr̄ leuius eſt hic ſatiſfacere ꝙ in purga/
torio. qr̄ pena purgatorij ē valde acerba
Vn̄ btūs Auguſtin⁹. Ignis purgato
rius (etſi etern⁹ nõ ſit) miro modo eſt ta
men grauis. Excellit eīm omnē penam
quā aliquis paſſus eſt in hac vita. nun
ꝙ in carne eſt tāta pena inuēta. licꝫ mi/
rabilia martyres paſſi ſint tormēta Er
go potius q̄s debet hic ieiunare ꝑ inte/
grū annū vel ampli⁹ in pane ⁊ aqua ꝙ
ibi ardere ꝑ vnā ſolam horam. Et ho/
mo poteſt hic in p̄ſenti breuius ſatiſface
re dū eſt in tempore gr̄e ꝙ in futuro quā
do erit tempus iuſticie Vn̄ ꝓpheta. Di
em ꝓ anno tibi dedi. diē ſcꝫ in pn̄ti. ꝓ
anno ſcꝫ in futuro. Unde exemplū ſcri/
bit Iacob9 de vitriaco. Fuit q̄dam mu
lier que dum diu mortua iacuiſſet anꝙ
corpus eius in terram ſepeliret̃: anima
in corpus reuertēte reuixit. ⁊ a domino
obtinuit vt ſeculo viuēs in corꝑe purga
torium ſuſtineret: ⁊ pro peccatis ſuis ħ
ſatiſfaceret. Unde longo tp̄e tam mira
biľr ſe afflixit vt quādoqꝫ ſe voluntarie in
ignem ꝓiecit: ⁊ quādoqꝫ tp̄e hyemali i
aqua glaciali diu moraret̃. Et repħēſa
de tāta auſteritate: rn̄dit nihil eſſe que
hic pateret̃ reſpectu pene purgatorij. in
q̄ aīe poſt hanc vitā purgant̃ q̄ hic non
plene ꝑ ſatiſfactõēm purgate fuerunt
¶ Decē genera hoīm agūt pnīam.
quorꝫ vnū tm̄ genus verā agit. O
Sciẽduꝫ aūt ꝙ decē gn̄a hoīm
agūt pnīam. quorꝫ ſolū vnū ge/
nus verā pnīam agit Primi ſtꝫ
q̄ ꝯfitent̃. tñ nõ integre oīa pctā ſua. ſed
aliq̄ pctā ſcienter occultant. Illā ꝯfeſſi
onē deus nõ acceptat. qr̄ oportꝫ hoīem
penitētem oīa pctā ꝯfiteri q̄ cognoſcit ſe

cõmiſiſſe ſi vult indulgẽtiam ꝯſequi pec
catoꝝ. qꝛ deus vnũ peccatũ mortale ſi/
ne alio nõ dimittit. Vñ d̃ Deut. xxxij.
Dei pfecta ſunt opa. Nõ em̃ poteſt de/
us dimidiare grãm ſuam. ꝙ dimittat p
tem ⁊ ptem nõ. vñ⁹. Larga dei pietas
veniam non dimidiabit. Aut nihil aut
totum te lachrymãte dabit. Ergo pec/
cator debꝫ duo facere Primo dꝫ memo
rari om̃ia pctã ſua. ⁊ om̃e poſſe ſuũ face
re audiẽdo ſermones. ⁊ ad memoriã re/
uocãdo q̃bus tpibus ⁊ in q̃bus locis. ⁊
quotiẽs cõtra deum p totũ annũ fecerit
Scd̃o debet deũ rogare vt ſibi reuelet
et ſibi cor ſuum illuminet ad cognoſcen/
dũ peccata ſua: ⁊ ſic accedere ad ꝯfeſſo/
rem. ⁊ om̃ia pctã ſua nude ⁊ apte ꝯfite/
ri: ſic ꝙ ꝯfeſſor intelligat nullũ ex huma
na verecũdia celãdo vel palliãdo vł ob
ticendo: ⁊ ſic habere firmã ſpem de indul
gentia oim̃ peccatoꝝ. Quia ſi hõ centũ
peccata mortalia cõmiſiſſet ⁊ diligentiã
ſuam feciſſet audiẽdo ſermones ⁊ ꝑſcru
tãdo ſuam ꝯſcientiã ad recognoſcendũ
ſua peccata: ⁊ nõ poſſꝫ plura pctã q̃ꝫ de
cem cognoſcere. ⁊ illa integraliter ꝯfitet̃
et libẽter vellet om̃ia cõfiteri ſi ea cogno
ſceret: tũc deus ſibi om̃ia cõfeſſa ⁊ etiaꝫ
oblita indulget. Vñ Iſid. in quodam
ſermone. Cõfeſſio ſanat. cõfeſſio iuſtifi/
cat. cõfeſſio peccati veniã donat Om̃is
em̃ ſpes in cõfeſſione cõſiſtit. in cõfeſſio/
ne locus miſericordie eſt. Sic ecõuerſo
ſi quis decem pctã mortalia cõmiſiſſet.
et ſolũmodo nouẽ cõfiteret̃. ⁊ vnum de
his ſcienter obticeret ex verecũdia: nul/
lam veniam cõſequeret̃. Vñ Ambro.
in li. de paradyſo. Nõ em̃ quiſq̃ꝫ a pctõ
iuſtificari poterit niſi peccatũ ante cõfeſ/
ſus fuerit. Vñ exemplũ. Erat quidam
rex q̃ habuit filiam deuotam ⁊ caſtaꝫ q̃
fuit mater viduarũ ⁊ pupilloꝝ: q̃ ꝓpoſu
it intrare religionem. ⁊ cõſuluit papam.
Qui audiẽs tot bona ab ea fieri paupe
rib⁹ diſſuaſit ingreſſum. que iniecit poſt
modũ oculos ſuos in quẽdam ſcriptorẽ
qui ei miniſtrabat ad mẽſaꝫ. ⁊ ex tali vi
ſu ⁊ cõcupiſcẽtia cecidit in lapſuꝫ carnis
et cõcepit puerũ. Que territa ꝓpter hoc
factũ timẽs dehoneſtare p hoc totũ reg
nũ ⁊ totam parentelã. Cõſuluit quãdã
antiquã vetulã q̃ fecit ei aborſum. Ex
hoc filia reg⁹ cõturbata ẽ: ſic ꝙ amplius
nũq̃ꝫ vel raro viſa eſt ridere vel gaudere
Ad quã pater ait. Tu ſp es turbata:
nec delectaris in his q̃ ſunt mũdi. ideo
mihi placet vt intres in aliquã religionẽ
Que ingreſſa religionẽ ita ſerioſe vixit
ꝙ raro viſa eſt cũ ceteris puellis cõuerſa
ri vel letari. ſic ꝙ ipa fuit exemplũ omni/
bus ꝟginib⁹ totius ordinis. Que tãdẽ
infirmata grauiter defuncta eſt. ⁊ infra
triginta dies apparuit abbatiſſe: dicẽs
ſe eſſe damnatã. Et abbatiſſa ait. Q̃uo
hoc factũ eſt cũ tu tam religioſe vixiſti ꝙ
tu fuiſti ſpeculũ oim̃ noſtruꝫ. Reſpõdit
quoddã peccatũ cõmiſi in ſeculo: quod
pre verecũdia humana nũq̃ꝫ ꝯfeſſa ſum
q̃uis de hoc ſemp dolui. ⁊ ſemp triſtis
fui. Et eſt illud ꝙ virginitatem meã p/
didi. ⁊ inſup puerũ quem ſic cõcepi occi/
di. Et ſi hoc peccatũ cõfeſſa fuiſſem de
us milleſies hoc mihi indulſiſſet ſi mille
ſies hoc cõmiſiſſem. Sꝫ quia illud ſciẽ/
ter ſemp obticui: ideo eternaliter dãna/
ta ſum. ¶ Secũdi ſunt qui om/
nia peccata ſua que in memoria habent
confitentur. ſed retinent vnum vel plu/
ra in voluntate iterum faciendi. Itẽ nõ
ꝓficit iſtis talis confeſſio. quia ſicut nul
lum peccatum reſeruandum eſt in actu
ſic nec in voluntate. Quilibet em̃ peni/
tens debet habere volũtatem amplius
nũq̃ꝫ peccandi ſi vult ꝯſequi remiſſionẽ
peccatorũ. Signũ aũt ꝙ quis amplius
nõ habet volũtatem peccandi eſt. quan
do nõ ſolum poſtponit peccata. ſed etiã
occaſiones peccatorum. hoc in illis ap/
paret qui veraciter conuertuntur. ⁊ fir/
mũ ꝓpoſitum hñt ſe emendandi. qꝛ ta/
les abijciunt ſupbum habitũ ⁊ caputia
magna. crinalia pepla cũ quib⁹ peccaue

runt. qꝛ vere penitens debet abijcere et poſtponere illa omnia q̄bus niſi ad peccandū vtebatur. Ergo ſi ꝯfeſſoꝛ quereret: an plus vis talia ꝯmittere. Reſpondit verus penitēs: non. q̄ꝫ diu: vſq̃ ad moꝛtem. Habes adhuc illa oꝛnamēta cū q̄bus peccaſti: ad q̄d valent. Si nō vis amplius vti ad peccandū talibꝫ: nō dare debes filijs tuis vel filiabꝫ: ne des eis occaſionē peccādi. al's reus eris omniū peccatoꝝ q̄ ipi cōmittent. Ergo verus penitēs debet abijcere nō ſolum actum: ſed etiam volūtatem ⁊ occaſionem peccandi. Uñ ſi quis illicite choꝛiſaſſet vel actum luxurie extra ſtatū matrimonij cōmiſiſſet. vel inebꝛiatus fuiſſet. vel etiam ſuam ꝓpꝛiam vxoꝛeꝫ ſine cauſa ex rancoꝛe ⁊ vindicta ꝑcuſſiſſet. vel etiā cuicū q̄ homini maledixiſſet. ⁊ ſic de alijs. Quāuis illa oīa cōfiteret̄: tamē ſi nō habet firmū ꝓpoſitum amplius talia dimittere: confeſſio ſua ſibi nihil prodeſt. Ergo opoꝛtet te in tali ꝓpoſito ad confeſſionem accedere: ꝙ amplius vſq̃ ad moꝛteꝫ nūq̄ꝫ vis illicite choꝛiſare nec ad tabernam ire ⁊ te inebꝛiare. nec vxoꝛem ꝓpꝛiam ⁊ alios hoīes nec verbo nec facto ꝯtra iuſticiaꝫ offendere. ⁊ ſic de alijs peccatis ℞ ¶ Tertij ſunt q̄ dolēt de peccatis ⁊ ꝯfitent̄ peccata ſua. ſꝫ ablata nō reſtituūt: illis talis cōfeſſio nihil ꝓdeſt. Quia ſm Aug⁹. peccatū nō dimittitur niſi reſtituat̄ ablatū. Et in hoc nō poteſt q̄s excuſari: q̄ habet facultatē reſtituendi. Sꝫ ſi paup eſt ⁊ nō pōt reddere ſufficit volūtas. Sciendū aūt ꝙ q̄libet ſtatim debet reſtituere. ⁊ ꝓximo ſuo ſatiſfacere añq̄ꝫ ad cōmunionē accedat: ſi cōmode poteſt. Sꝫ diceres. q̄uō debet fieri reſtitutio. Reſpōdeo ſi furtū ꝑ te cōmiſſum eſt occultum: tūc debet fieri reſtitutio ꝑ ſacerdotem vel cōfeſſoꝛeꝫ ſine expꝛeſſione tui noīs: ne teipm̄ infames. vel ſi iā cōmode nō potes reſtituere: tūc ꝑ eūdem ſacerdotē vel cōfeſſoꝛem debes petere dilatōem ab alio. Uel ſi eſt manifeſtū: tūc ꝑ teipm̄ debes dilationem petere. Qꝫ ſi ille tibi nolit dare dilatōem: tūc tu teneris cedere oībus bonis tuis vſq̃ ad extremā neccitatem ⁊ ei reſtituere bona ipius. ¶ Sciendū autē ꝙ q̄ debita tenent̄ ſoluere ꝓximis: ſi terminus ſolutionis aduenit: ⁊ poſſunt ſoluere ⁊ nolūt: tales non debent abſolui a peccatis. nec ad ſacramēti ꝯmunionem accedere niſi antea ſoluerint. Itē ſciendū ꝙ non ſolū magna ablata ſunt reſtituēda. ſꝫ etiaꝫ ꝑua. Uerbi gr̄a. ſi ad pratum ꝓximi tui iuiſſes. ⁊ ei ꝯtra volūtatem ſuā vnum pannū plenū graminibꝫ abſtuliſſes. vel ei al's in fructibꝫ ⁊ ſegetibus damnū ſciēter cū pecoꝛibꝫītuliſſes vel botros de vineis. vel poma vel pira de arboꝛibꝫ abſcerpiſſes: tunc tu tenerꝭ ſm̄ conſiliū confeſſoꝛis ꝓ oībus ſatiſfacere. ¶ Uñ ſciendū ꝙ qui ſic diuerſ̄ hominibꝫ ꝑua dāna intuliſſet: quos tamē non noſcit: talis debet facere vnā ſummam ſm̄ ſuaꝫ eſtimatōem ⁊ cū conſilio ſui confeſſoꝛis illā ſummā dare ad ſtructuram alicuius eccl'ie. ⁊ ſignāter ad illaꝫ in cuius ꝓchia damnū fecit. vl' etiam paupibus Et notandū ꝙ vſurarij q̄ acceperūt vſuram. ⁊ luſoꝛes q̄ ex auaricia ⁊ ꝓpter lucrū luſerunt. ⁊ mercatoꝛes q̄ emendo vel vēdendo ꝓximos deceperūt. ⁊ mechanici ⁊ laboratoēs q̄ in laboribus ſuis ſciēter fraudem cōmiſerūt. ⁊ ſerui ⁊ ancille q̄ bona dominoꝝ ſuoꝝ abſtulerunt. omnes iſti non pn̄t abſolui a peccatis niſi reſtituāt. Unde ad vere penitētes loq̄tur dn̄s. iiij. Regū. viij. Reſtitue ei oīa que ſua ſunt. Et Leuit. vi. Reddet oīa que ꝑ fraudē voluerit habere integra. Hinc etiā xp̄s dt̄ in euangelio. Redde q̄d debes. Unō Aug⁹. Tu petis ꝙ det tibi deus q̄d ex debito non debꝫ: ⁊ tu nō vis ꝓximo tuo reddē q̄d ex debito debes. ℞ ¶ Itē ſciēdū ꝙ hec reſtitutio nō ſolū intelligēda ē de rebꝫ iſtis. ſꝫ etiaꝫ de fama hoīs ⁊ honoꝛe. Grauiꝰ eīn peccamꝰ auferēdo ꝓxi

mo famā bonā q̄ ſi ei auferam⁹ q̄ſcun/
q̄ res tpales. q̄ fama melioꝛ eſt q̄ aliq̄
res tpalis eē poſſit. Vn̄ ſalomō. puer.
22: Meli⁹ eſt nomē bonū q̄ vnguēta et
diuitie. Ex q̄ patet q̄ detractoꝛes bone
fame deterioꝛes ſūt q̄ fures vl' raptoꝛes
rer̄ tempoꝛaliū. Ambꝛo. Tolerabilio/
res ſunt fures qui nobis bona tempa/
lia diripiunt. q̄ detractoꝛes q̄ nob̄ bo/
nā famā noſtrā dilacerāt. g̊ q̄ falſe ꝓxi/
mū infamauit tenet̄ erga illos apud q̄s
dixit reuocare. ſi vult ꝯſequi veniā pccō
rū: g̊ illi detractoꝛes difficult̄ ſatiſfaciūt
Vn̄ Hieronim⁹. Nō facilis venia pꝛa
ua dixiſſe de rectis. Silr̄ illi grauit̄ pec
cāt. qui detractoꝛes libent̄ audiūt Vn̄
Bern̄ Detrahere an detrahentē audiē
quid hor̄ dānabili⁹ ſit. nō facile dixeriꝫ
vnde int̄ oīa pccā difficili⁹ dimittuntur
illa duo pccā. ſcꝫ detractio ꝛ iniuſtaruꝫ
rer̄ ablatio. Et rō eſt: q̄ ibi non ſufficit
contritio nec confeſſio niſi fiat bōe fame
ꝛ rei ablate reſtitutio. ¶ Quar/
ti ſunt qui ꝯfitent̄ peccata ſua: nec tn̄ ſu/
is offenſoꝛib̄ indulgere volunt. ꝛ tal' cō/
feſſio non eſt vtilis. Quia nequaq̄ de⁹
dimittit ſuā offenſam niſi ꝛ nos noſtris
offenſoꝛib̄ dimittam⁹. Vn̄ Aug⁹. dic̄
Vnuſquiſq̄ talem indulgentiam acce/
ptur⁹ eſt a deo: qualē ꝛ ipē dederit ꝓxi/
mo. Sed diceres qualiter oꝑtet me in/
dulgere inimicis meis. Reſpōdeo q̄ ſic
opoꝛtet te indulgere inimicis tuis q̄ nō
vis te ex vindicta vel rancoꝛe vindicare
neq̄ verbo neq̄ facto. Item vt nec vindi
ctam petas a deo ſuper eum venire in fu
turum. ꝛ vt ei oīa ſigna communia cha/
ritatis exhibeas: que alijs homib̄ exhi
bere conſueuiſti ſcꝫ loquendo. ſalutādo
ꝛ ſic de alijs. Sed contra hoc faciunt
qui nolunt aliquibus loqui. nec ad do/
mos eor̄ ire. nec eos in via ſalutare. nec
reſpondere que oīa ſūt ſigna rancoꝛis
in coꝛde q̄uis oꝛe dicāt ſe eis indulſiſſe.
Vn̄ Haymo. ſuꝑ Mat̄. Nihil ꝓdeſt
oꝛe dimittē: ſi ſeruat iracūdiā i mēte. Er/
go ver⁹ penitēs n̄ ſolū oꝛe: ſ; ex coꝛde dꝫ
indulgere. Et poſſet eſſe tāta iīuria ꝛ of
fenſa. ꝛ q̄s poſſet ex tāto feruoꝛe idulge
re q̄ ex h̄ ꝯſequeret̄ remiſſionē oīm pec/
cator̄ ſuor̄. Vn̄ Greg⁹. Qui i ſe peccāt
ti clement̄ idulſerit: nullū pcc̄i veſtigiuꝫ
in ei⁹ aīa remanebit. Exēplū. Erat mi/
les q̄dā q̄ occidit pr̄em alteri⁹ militis: et
fili⁹ ei⁹ q̄ſiuit opꝑtunitatē q̄ūo poſſet vin/
dicare pr̄em ſuū. ꝛ ꝯtigit q̄ i die paraſce
ues ille miles inceſſit ſine armis. queꝫ il
le ali⁹ iſecut⁹ eſt volēs eū occidere Tunc
ille ꝓſtrauit ſe an̄ pedes ei⁹ dicēs. Pro/
pter moꝛtē dn̄i nr̄i ih̄u xp̄i quā hodie ꝓ
nobis ſuſtinuit: ignoſce mihi q̄ pr̄eꝫ tuū
occidi. Tūc ille cōpunct⁹ dixit. Propt̄
moꝛtem dn̄i noſtri ieſu chꝛiſti tibi igno/
ſco: ꝛ eleuauit eū de terra. ꝛ in ſignū recō
ciliationis oſculatus eſt eum. Cū auteꝫ
idem miles eccleſiam intraret. ꝛ cū ceterꝫ
crucifixum domini noſtri ieſu chꝛiſti oſ/
cularetur. Tunc crucifix⁹ amplexat⁹ eſt
eum dicēs. Quia hodie idulſiſti illi ꝓp/
ter me: qui patrē tuum occidit: ideo ho
die indulgeo tibi omnia peccata tua. ꝛ i
ſignū recōciliationis oſculoꝛ te in maxil/
lam tuam. Quod vidētes circumſtātes
gloꝛificauerūt dei bonitatē ꝛ miſericoꝛ/
diam. Sciēdum tamen quando q̄s al
teri iniuriam fecit: tūc ille tenet̄ offenſam
dimittere. ſ; iuſticiā pōt ab eo exigere vt
ei ſatiſfaciat. ꝛ dānum recompenſet ſ̄m
q̄ iuſticia dictauerit ¶ Quinti ſunt qui
etſi vere peniteāt ꝛ cōfitent̄ oīa pccā ſua
tamē immediate recidiuant: tal' penitē
tia etiā erit inutilis. Vnde Auguſtin⁹.
Inanis eſt penitētia quam ſequēs cul/
pa inquinat: nil valet a malis veniā poſ
cere. ꝛ mala denuo reiterare. Sciendꝫ
q̄ recidiuantes poſtq̄ conſecuti ſunt re/
miſſionem peccatoruꝫ: ꝛ denuo peccant
peioꝛes efficiuntur q̄ antea fuerūt. Lu/
ce. xi. Erūt nouiſſima homīs illius pe/
ioꝛa pꝛioꝛib̄. Itē tales grauit̄ deū offen/
dūt ꝓpt̄ ingratitudinē. Vn̄ Iſiō. d̄ ſū.
bo. Deriſoꝛ ꝛ nō penitēs eſt qui adhuc

agit ꝓpť qꝺ penitet. Uerbi grã. ebrio/
ſus ↄfiteť. ⁊ ſtatim poſt paſcha iebriať
Sil'r blaſphem⁹. iracund⁹ ſupb᷒. luxu/
rioſus. ⁊ ſic de alijs. Ergo pnĩa vera dꝫ
eſſe pſeuerans. hoc eſt ꝙ ſemp doleat ſe
peccaſſe. ⁊ intantũ pcc̄m ei diſpliceat vt
nunꝙ libeat illud iterare. Hugo ꝺ ſan.
vic. Qñ de⁹ in contritõe abſoluit hoie.
a pccĩs: ligat eũ vinculo ppetue deteſta
tõis. vt pcc̄m de cetero ſemp deteſtetur
Unꝺ Mat. x. Qui pſeuerauerit vſqꝫ i fi
nem: hic ſaluus erit. ſupple in penitẽtia.
L ¶ Sexti ſunt qui ↄfitenť. tñ ꝓpť
multitudinẽ pccõꝝ. vl' ꝓpť malã ↄſue/
tudinẽ peccãdi diffidunt ſe poſſe ſatiſfa/
cere. nec p ↄñs veniã conſequenť Aug⁹
Penitẽtia que ex fiducia nõ ꝓcedit inu/
tilis eſt. ſteril' manet ⁊ ſine miſcdia. Unꝺ
Amb. Non pt bene agere pnĩam qui
nõ ſperat indulgentiã. Sic cayn pnĩaꝫ
egit dicẽs. maior ẽ mea iniqtas ꝙ vt ve/
niã merear. Sic ⁊ iudas pnĩam egit di/
cẽs. Heu q⁊ tradidi ſanguinẽ iuſtum. ⁊
ſic deſperauit: ⁊ ſeipm ſuſpendit. vñ leo
papa in quodã ſmone. Sceleratior oĩ
bus o iuda ⁊ infelicior extitiſti: quẽ ñ pe/
nitentia duxit ad dñm: ſꝫ deſperatio tra
xit ad laqum. Unꝺ ver⁹ penitẽs dꝫ cum
bona fiducia cõfiteri ⁊ pnĩam agere etiã
ſi mille milia pccã mortalia cõmiſiſſet.
Unꝺ Bern. Maior ẽ dei pietas ꝙ que
uis iniqtas. Sic ei ſcitilla in medio ma
ris. ita oĩs iniqtas hoĩs ad miſcdiaꝫ dĩ
immo nulla eſt compatio quo ad pccã
hoĩm q ſunt finita. ⁊ quo ad miſcdiam
dei q eſt infinita. Unꝺ Ariſt. 8. phi. Fi/
niti ad infinitũ nulla eſt ꝓportio. Unde
dñs ꝺt p Ezechi. 18. In quacunqꝫ die
pccõr ingemuẽit. ⁊c. Idẽ. 18 Nolo mor
tem pccõris. ¶ Septimi ſũt qui ↄfiten
tur pccã ſua: ⁊ nõ reſignant officia ꝓhi/
bita: q ſine pccõ mortali pficere nõ poſ/
ſunt. de hoc qre añ. 25. F. ¶ Octaui ſtꝫ
q ↄfitenť ex ſola conſuetudine vl' timore
hũano: nõ ex gratia. nec charitate Et ta
lis cõfeſſio nõ eſt deo accepta. nec homĩ
ſalutifera q nõ ex charitate ꝓcedit: ſꝫ ſo
lũ ex timore hũano: ⁊ etiaꝫ ex verecũdia
q⁊ verecũdanť ꝙ ſe alijs xp̄ianis nõ cõ/
formant. ideo confitenť: ne ab alijs hoĩ/
bus deſpicianť. N. ¶ Et illoꝝ q ex ti
more ⁊ ex verecũdia hũana ↄfitenť ſunt
duo ſigna p q cognoſcunť. Primũ eſt:
ꝙ tales differũt ſuã ↄfeſſionẽ vſqꝫ ad vl
timã hebdomadam: ⁊ qñ vltra differre
nõ poſſunt: tũc ↄfiteanť ex quadã vecun/
dia ne videanť eſſe heretici vl' pagani: ne
poſt mortẽ ꝑuenť eccl'iaſtica ſepultura.
Quia ſm ius canonũ: qui nõ confitẽtur
i qdrageſima: ⁊ ñ cõmunicant i paſcha
nõ debẽt ſepeliri i cimiterio. vl' alio loco
ſacrato: ſꝫ i campo: Sed ſi liceret. ⁊ non
eſſꝫ verecũdia. tũc tales q ſic diſtulerẽt ſu/
am confeſſionem vſqꝫ ad vltimam heb
domadam (cum tamen bene habuiſſẽt
tempus ⁊ oportunitatem confitendi) vl
terius differrent. ⁊ raro vel nunꝙ confi/
terenť. ſi hoĩes nõ timerent. ⁊ hoc eſt ſi/
gnũ ꝙ nõ habẽt grãm ⁊ charitatem. q⁊
ſm Greg. Charitas nõ ẽ ocioſa. Opa
tur em̄ magna ſi eſt. Unꝺ Bern. O bo/
ne ieſu non eſt amor tuus ocioſus qui te
diligunt nõ tepeſcũt. Non eſt amor tu
us tranſitorius: ſꝫ etnus. Ex his ſequiť
ꝙ ſi tales habent grãm ⁊ charitatem tẽ/
peſtiue fuiſſent moti ad confeſſionem:
⁊ ad pnĩam agẽdam. vt digne poſſent
cõmunicare ſacrm̄. Et vt opa eoꝝ eſſent
ꝺo accepta. Quia vnum pať noſter vl'
vna dies ieiunij poſt contritõem ⁊ cõfeſ/
ſionẽ plus valet ꝙ mille pať nr̄ vel totaꝫ
quadrageſimam ieiunaſſe in vno pecca
to mortali. Scdm ſignum ꝙ tales tam
cito poſt paſcha recidiuant: ⁊ in nullo vi
tam ſuam emẽdant: ſed immediate poſt
paſcha viuunt: ſicut antea vixerunt: ⁊ ea
dem peccata iterato committũt que an
tea confeſſi fuerũt. Et hoc eſt ſignum ꝙ
nõ vere ſed ficte. nõ ex charitate: ſꝫ ex cõ/
ſuetudine pnĩam egerũt. nec firmũ ꝓpo
ſitũ ſe emendãdi habuerũt. ¶ Noni ſtꝫ
qui cõfitenť ⁊ pnĩam ſuſcipiũt: ſꝫ eaꝫ nõ

pficiunt talis cōfeſſio nō pficit ad ſalutē Hoc pꝫ ex eo. q2 eſt vnus caſus de quatuor caſibꝰ: in qbus iterāda eſt cōfeſſio. hoc quere. 4. P. X ¶ Decimi ſūt qui vero penitent. ꝛ quoꝝ pnia eſt ſalubris ꝛ pficua. ꝛ ſunt illi qui dolent d oībus pccis ſuis ꝛ cōfitent omīa pccā ſua pure ꝛ integre in quibꝰ recognoſcūt ſe deliquiſſe. ꝛ habent firmū ꝓpoſitū ampliꝰ nunq̄ꝫ velle peccare: ꝛ parati ſunt ſatiſfacere ſm cōſilium ſui cōfeſſoris ſm ſuam poſſibilitatē. Et qui iſta habent illi remiſſionē pccoꝝ ſuoꝝ conſequunt etſi tot pccā cōmiſiſſent q ſunt gutte ī mari. q2 miſcōia dei ſup oīa opa eiꝰ. Exemplū Nobilis quidā peccauit cū filia ꝓpria. ꝛ cōpūctus in quodā ſmōe acceſſit ad archiepm quendā in frācia. ꝛ cōfeſſus eſt cū magna cōtritōe. ꝛ queſiuit ab epiſcopo vtrū poſſibile eſſet adhuc gratiā ꝛ miſericordiam poſſe conſequi a deo. Reſpondit epiſcopus q ſic. ſi ſalteꝫ ſatiſfacere velle. quia dei miſericordia eſt infinita. Et ille dixit ſe paratum eſſe ad ſatiſfactionem ſm poſſibilitatem. Et ipſe īiūxit ſibi ſeptennē penitentiaꝫ. Qui nobilis gemens. ex intima compunctione petiuit ſibi iniungi maiorem penitentiam dicens. q ſi vſqꝫ ad nouiſſimum diē peniteret: non eſſet ſibi nimium pro tantis peccatis. Tunc epſ videns ſuaꝫ intimam cordis contritionem diminuit ſibi illos ſeptem annos. ꝛ iniunxit ſibi ſoluꝫ tres dies in pane ꝛ i aqua. Et ille iterū plus gemens dixit. domine: quid facitꝭ Ego petiui penitentiam maiorē. ꝛ vos imponitis mihi minorem. ꝛ etiam quaſi nullam ꝓ tam magnis peccatis q̄ cōtra deum commiſi. Tunc epſ cernēs ſuam maximam contritionem cordis īiunxit ei niſi vnum paṫ noſter. Tūc ille maxime gemens: ꝛ ſic gemendo expirauit. Et credendum eſt: q iſta intima cordis contritio deleuit ſibi penam ꝛ culpā ꝛ q ſtatim ſine purgatorio ad celū euolauit.

¶ De ſacramento eucharistie.

Caro mea vere eſt cibus. et ſanguis meus vere eſt potus. In qbus verbis fit mentio de ſacramēto eucharistie. qḋ eſt quartū ſacrm̄ in ordine. Unde hic queriṫ: qualiṫ xp̄s ſit in hoc ſacro. Rn̄deo ſm Tho. i. 4. di. x. Xp̄s idē qui de v̄gine natꝰ ꝛ p nob paſſus continet in hoc ſacramēto. Iteꝫ queriṫ quot modis hoc ſacrm̄ ſumitur. Reſpondeo q tripliciṫ ſumitur Primo ſpiritualiṫ tm̄ vt qui accipiunt reꝫ ſacramenti. i. grām ꝛ non ſacramentū. Un̄ Augꝰ. Crede ꝛ manducaſti. Sed queriṫ qui iſti ſunt qui iſtud ſacramentū ſic ſpūaliṫ accipiunt. Reſpondeo q ſūt q̄tuor genera hoīm. ¶ Primi qui ī īfirmitate cōſtituti ſunt ſic q non retinēt cibū: ꝛ tamen ex toto corde deſiderant hoc ſacramētum. ꝛ tamen ꝓpṫ infirmitatem et vomitū nō preſumūt ſumere. Et iſti mādūcāt ſpūaliṫ. i. grām ſacri pcipiūt p deſiderium qḋ habēt ad ſacrm̄. ꝛ tales nllo mō debent ſumere ſacrm̄ qui ſic infirmi ſunt. q cibū nullo modo retinere poſſunt. quia ſufficit eis illa ſpūalis mādūcatio. Un̄ exemplū. Quidā btūs deuotōem magnā in ſacro altaris hn̄s oī die ſi aliq̄ mō potuit integrā miſſaꝫ audiuit Cū mori deberet. ꝛ ꝓpṫ vomitū cōicare nō poſſet. ꝛ de h multū dolēs petijt ſibi latꝰ ſuū lauari. ꝛ in pāno mūdiſſimo corpus xp̄i ſupponit Quo fctō. pannꝰ paulatim corpi xp̄i ceſſit: ꝛ mox vt corpꝰ chr̄i nudā carnē illiꝰ hoīs tetigit vſqꝫ ad cor cūctis videntibꝰ penetrauit. ¶ Sc̄di ſtꝫ q̄ prepauerūt ſe ad hoc ſacrm̄ ſm ſuum poſſe: ꝛ ſacerdos denegat eis. ꝛ etiaꝫ ipi humiliṫ petūt ꝛ deſiderāt h ſacrm̄. ꝛ ſic ex obediētia ſacdotꝭ abſtinēt a ſacramētali pceptōe iſtiꝰ ſacri. Iſti etiā vt puto ſpūaliṫ ſumūt. Ergo patienṫ ferre dn̄t tales ſi hoc ſacrm̄ eis non ad libitū porrigiṫ. ¶ Tertij ſūt qui in agone conſtituti libenṫ vellent ꝯfiteri ꝛ cōicare: ꝛ ſacer

‥ habere ñ pñt. ſi tales ī tali ꝓpoſito
ꝯtritōe decedūt. ſpūalit̄ cōmunicant/
ſūt ꝓpt̄ ꝯtritōem quā habēt de pccīs. ⁊
deſideriū qđ hñt ad ſacr̄m. Sciendū ꝙ
đs qñqꝫ ꝑmittit ſuꝑ aliquos vt ſubita/
nea morte moriant̄ ſine ꝯtritiōe ⁊ ſacra/
mētis. vt cōiter illis ꝯtingit. q̄ ꝑentes ī/
honorāt. vl̄ etiā q̄ alias enormit̄ contra
deū delinquunt: non ex ignorātia vl̄ in/
firmitate. ſ; ex certa malicia. vt vſurarij.
adulteri. luſores blaſphematores. et ſic
de alijs. Quarti ſunt. q̄ ex puro corde
đo ſuiunt. ⁊ cū magno deſiderio hoc ſa
cramētū appetunt. attñ ex hūilitate ⁊ re/
uerētia ſacramēti nō audēt ad hoc ſacra
mētū accedere. Et ſic oī die quilꝫ hō
q̄ h; magnā affectōem ⁊ deuotiōem ad
ſacr̄m ꝑt ſic ſpūalit̄ cōmunicare. Unđ
Aug⁹. Crede ⁊ mād ucaſti. Et tales qñ
qꝫ qui ſic cum tā magno deſiderio ⁊ af/
fectione audiūt miſſam maiorē grām in
terdū poſſunt ꝯſequi q̄ ipe ſacerdos ce/
lebrās ipam miſſam. q2 ſacerdotes non
ſūt ſemꝑ bñ diſpoſiti. ſ; quādoqꝫ diſtra/
cti ⁊ indeuoti.

¶ Qui indigne cōmunicāt.

Secundo ſumit̄ hoc ſacr̄m tātū ſacramentalit̄ vt communicans in pcc̄o mortali. ſic iudas cōmu
nicauit. Et q̄uis tales pcc̄ores ver͡ ſa/
cr̄m ſumunt: non tñ fructum ſacramenti
percipiunt: immo ſeptē magna pericl̄a
incurrūt. Primo q2 tales homicide xp̄i
ſunt. Uñ. i. Cor. xi. Quicunqꝫ mādu
cauerit panē. vel biberit calicē dñi indi/
gne: re⁹ erit corporis ⁊ ſanguinis domi/
ni. Uñ Ambro. Qui indigne chr̄m ſu/
mit: idem eſt: ac ſi ipm̄ interficiat. Un/
de dicit wilhel. lugduñ. Si quis ſciret
qui fidē haberet: ſe ſemel chr̄m crucifi/
xiſſe: ipe vellet nudis pedibꝫ toto tpe vi/
te ſue pnīam agere. Quid ergo deberēt
illi facere qui totiens indigne cōmunica
uerūt. ⁊ peccatū ſimile illi peccato totiēs
cōmiſerūt. Uñ Greg⁹. Magis peccat
qui ſpnit regnātem in celo: q̄ qui cruci/
fixit degentē in t̄ra. Scđo tales qñqꝫ
puniunt̄ in corpore. q2 interdū infirmā
tur poſt indignā cōmunionē. Uñ apl̄s
p̄. Cor. xi. Ideo inter vos multi infir/
mi ⁊ imbecilles. ⁊ in ſignū hui⁹ poſt paſ/
cha tales īdigne cōmunicātes tā diuer/
ſis infirmitatibus a đo plagant̄. immo
qđ maius eſt poſt indignā cōionem qñ/
doqꝫ morte ſubitania moriunt̄. Uñ legi/
tur ꝙ quidā ſacerdos ꝓhibuit quendā
peccatorem a cōione. q̄ cōfuſione huma
na ductus acceſſit ad communionē cū
ceteris hoibꝫ. Et q̄cito corpus ad inq̄/
natū os ſuū accepit. tam cito infelicē ani
mā ſuā reddidit. ⁊ expirauit morte ſubi
tanea corā om̄i pp̄l̄o. Tertio tales peio
res ſūt iudeis. Primo in hoc ꝙ iudei ig
norant̄ chr̄m crucifixerunt. Unđ apl̄s
p̄. Cor. ij. Si cognouiſſent nunq̄ dñ͡
glīe crucifixiſſent. Sed iſti xp̄iani indi/
gne cōicantes peccāt ſcient̄. q2 credunt
ibi eſſe creatorē ſuū ihm̄ xp̄m marie filiū
Et q̄nto grauí⁹ ē peccare ſcient̄ q̄ igno/
rant̄. tāto peiores ſunt indigne cōicātes
ipis iudeis. Et in ſignū hui⁹ xp̄s nō ꝑt
ꝓ talibꝫ orare p̄rem ſuū ſicut orauit pro
iudeis dicēs. Pat̄ ignoſce illis q2 neſci/
unt q̄d faciūt: Scđo q2 ꝯtumelia cruci
fixionis chr̄o tātū ſemel a iudeis ē illata
Ab īdigne ꝯmunicātibꝫ āt totiēs q̄tiēs
indigne ſcient̄ ad ſacr̄m acceſſerit. Uñ
apl̄s. Hebreo. 6: Rurſū crucifigētes fi
liū dei. ¶ Quarto q2 tales iudiciū ſibi
mādu cāt ⁊ bibūt. Et ſic conſequent̄ in
cidūt in illā ſententiā quā dñs dictur⁹ ē
in extremo iudicio ad illos qui a ſiniſtr͡
eius erunt. Ite maledicti in ignē et̄nū.
Quinto tales indigne communicātes
ſimiles ſunt iude: ⁊ eis cōtinget vt iude.
de quo legitur ꝙ ſathanas in eū introi/
uit ⁊ chriſtū tradidit ⁊ deſperauit. ⁊ poſt
modum ſeipm̄ ſuſpendit. Sic indigne
cōmunicātes incidunt in maiorē pote/
ſtatem diaboli q̄ antea fuerunt. Secū/
do iudas chriſtū tradidit ⁊ iudeis vēdi/
dit: ſed indigne cōmunicās peius facit.

Vñ Remigi⁹ ſup illō Math. Ve illi p quē fili⁹ hōis tradet. ve tradētib⁹ xp̄z ad crucifigendū. ſ; ve cū maligna ꝯſcientia ſub ſacro ſumētib⁹ illū. Et ſi non tradunt iudeis ad crucifigēdū tradunt tñ ip̄m membris inimici ꝯſumēdū. Vnd etiā Aug⁹. Mag; peccāt tradētes xp̄z peccatorꝫ mēbris q̄ꝫ q̄ tradiderunt eum crucifixorib⁹ iudeis Ergo xp̄s p̄t dicere ſm Greg; . de q̄libet ſumēte corp⁹ ſuuz indigne ſicut dixit de iuda. Verūtamē man⁹ tradētis me mecū ē in mēſa. Sic iudas tradidit xp̄m pſecutorib⁹ Sic ſumens corp⁹ xp̄i indigne tradit illū q̄ntū in ſe eſt demonib⁹. dū ponit illū in locuz q̄ eſt demonū. Sexto: q: eſt magna ing̃titudo q̄ ibi cōmittit. nā in ſacramēto illo mors dn̄i figurat quaz p hoīb⁹ ſuſtinuit. Vñ ap̄ls. i. Cor. xi. Quotiēſcunq; mādu cabitis panē hūc ꝛ calicē bibetis. mortē dn̄i annūciabitis ꝛc̄. Unde etiā chriſtus quādo hoc ſacramētū inſtituit: dixit: hoc facite in meā cōmemorationem. Magna vero ingratitudo ē ei contumeliā inferre. ꝛ ei⁹ vulnera renouare quē recordat mortuū p ſuo amore ꝛ ſalute. Unde dn̄s poteſt dicere indigne cōmunicātibus dictū ps̄. Sup dolorē vulnerꝫ meorꝫ addiderunt. Itē magna igratitudo ē q̄ ibi venit diuina maieſtas viſitare hoīez in ſacro altar; . ꝛ hoc cū plenitudīe cariſmatū ꝛ grāꝫ Vñ illō ſacramentū vocatur euchariſtia. id ē bona gratia. Et miſer homo non timet cōtumeliā ei inferre quē p poſſe debuit honorare Satis ammirare poſſum⁹ ī hac parte diuinā bonitatez ꝛ humanā perſitatem. Unde. ps̄. Quid eſt homo quia magnificas eū. Et etiam bene p̄t dici de domino ieſu chriſto illud. Ecci. xix. Paſcet ſcz cū corpe ꝓprio ꝛ potabit cū ſanguine ſuo precioſo ingratos. ꝛ ad bucamara audiet. Septimo. q: tales indigne cōmunicātes infeliciores videntur eſſe ceteris peccatorib⁹ . Ipſuz enim ſūmū bonū eſt eis noxiū. ꝛ ex ipſa medicina infirmant. ꝛ ex ipa vita moriuntur Quia ſicut ex illo ſacramēto digne communicātes acq̄rūt ſibi vitā eternā. Vñ Joh. vi. Qui mādu cat hūc panē viuet in eternū. Sic ex eodē ſacramēto indigne cōicantes incurrūt eternā damnationem. Vñ Chriſ. ſup Johem. Sicut corpalis cibus cū ventre inuenerit a diuerſis humorib⁹ occupatū: amplius ledit. magis nocet naturā ꝛ nullū p̄ſtat auxiliū. ita ſpūalis cibus ſi aliquē reppe rit malignitate pollutū magis euz p̄dit nō ſua natura: ſ; accipiētis vicio ¶ Vñ ſciendū q̄ q̄libet cū deuotōe ꝛ reuerentia ꝛ timore ad hoc ſacramentū deb; accedere Et ad hoc incitāt nos diuerſa exēpla ſacre ſcripture. Nā btūs Johes bap. in vtero mr̄is ſanctificat⁹ a puericia in heremo ꝯuerſatus inuitat⁹ a dn̄o vt eū baptiſaret: timuit tāgere verticez dn̄i. Vñ cantat eccl'ia. Baptiſta cōtremuit ꝛ nō audet tāgere ſanctū dei verticem. ſ; clamat cū tremore. ſcifica me ſaluator. Quāto magis nos timere debemus cū corp⁹ xp̄i verū ſumim⁹. ex q̄ Johānes intantū timuit verticē dn̄i tangere: q̄ tante ſanctitatis fuit q̄ xp̄s de eo in euāgelio teſtimoniū phibuit dicēs. Inter natos mulierꝫ nō ſurrexit maior Iohe baptiſta. Item btūs Marc⁹ ſibi abſcidit pollicē vt ineptus eſſet ſacerdotio. tātum eīn reuerebat corpis dn̄i ꝯfectionem. Item q̄dam ſenior inter heremitas cū ab illis eligeret in ſacerdotē. ꝛ ab ep̄o eſſ; ordinatus: ait. Licet ego ſacerdos ſim ordinatus: tñ in vita mea nūq̄ꝫ ꝯficiam: reputās ſe indignū ꝯficere corpus xp̄i. Et legit Math. viij. q̄ centurio dixit xp̄o dicenti ei. Ego veniā ꝛ curabo puerū tuū. Dn̄e nō ſum dign⁹ vt intres ſub tectū meū. Sic q̄libet cū vera humilitate ꝛ reuerētia ad hoc ſacramentū accedere deb; cogitādo ſic. O deus ad illud venerabile ſacramētū nō ſufficerent mille āni ad p̄paratōem ꝯdignam q̄nto magis ego miſer indign⁹ ſu; q̄ pec

co quotidie. ꝛ hec ĩmp̄parat⁹ accedo q̄ſ uiſ enim nō ſim dign⁹. tñ būſū neceſſarius hac ſalubri medicina. Vñ Amb. Qui vuln⁹ hꝫ: medicinā reqrat. vulnus ē qꝛ ſub pc̄co ſum⁹. medicina ē celeſte ꝛ venerabile ſacrm̄.

¶ Fruct⁹ digne cōmunicantiū.

Tertio ſumit ſacramētalit ꝛ ſpūalit. vt qui in gratia accedunt ꝛ digne communicāt. Quātū aūt bonū ſit digne ſe p̄parare ad pcipiendū ſacramētuꝫ eucharistie poſſum⁹ elicere ex his pticulis que ibi ſumunt i hoc ſacro Pro quo ſciendum q̄ qñ corp⁹ xp̄i accipis hō tūc ſumis qnq̄ ptes. Prima eſt ſpm corp⁹ qd ſumpſit d virgine qd ſpirituſſanct⁹ de puriſſimo ſanguine marie formauit. Scd̄a ē ſanguis ipius queꝫ fudit in cruce. Tercia eſt ipa aīa quam pat miſit d corde ſuo in vterū virginis. Quarta eſt vita cū corpe. Quinta eſt ineffabil deitas. ¶ In p̄mis qñ accipis corp⁹ xp̄i: efficieris particeps oīm bonorum que chriſt⁹ opatus eſt in vita ſua ieiunando. p̄dicando. diſcurrēdo. orādo. largiendo. vigilando. ꝛ ſic de alijs. Inſup toti⁹ meriti paſſionis xp̄i. Nā ſctūs Tho. de aqno dr. q̄ in qualibꝫ miſſa iuenitur oīs fructus ꝛ vtilitas quaꝫ chriſtus i die paraſceues opat⁹ eſt in cruce. ꝛ cū morte ſua. Et eandē gratiam ꝛ fructum quilibet deuotus qui digne communicat percipit Itē accipis ibi in hoc ſacramento participationes omniū meritorum totius eccleſie ꝛ ſanctorum i celo. Unde hoc verificetur in nobis quod chriſtus in euangelio dicit. Alij laborauerūt: ꝛ vos in labores eorum introiſtis Hinc eſt q̄ i ſymbolo catholice fidei dicimus. Credo ſanctorum communionem. Unde Albertus magn⁹. Per verum corpus chriſti oēs nos omibꝫ chriſti gratijs ꝛ omniū fidelium cōmunicamus ꝓpter quod ꝛ iam communio dicit Ido autem omnium bonorum chriſti ꝛ omnium ſanctoꝝ facit nos communicare. vt ſi quid deficit in ſingulis ex oīm ſanctoꝝ abūdātia ſuppleat. Ibi in hoc ſacramēto habemus virtutes patriarcharū. reuelatōes ꝛ illuminatōes ꝓphetarum. dignitates aplorum. victorias martyrum. ſanctitatem ꝯfeſſorū. mūdicias virginū. charitatem angeloꝝ. ꝛ cōſequenter bona ꝛ merita oīm electorum que oīa a chriſto in corpus eius myſticum fluxerunt. ꝛ de quolibet in quemlibet p charitatem ſpūſſancti gratia redūdat. Unde ieſus chriſtus pt dicere ad quēlibꝫ digne ꝯmunicātem illud Geñ. xxx. quod Jacob ad laban dixit. Modicū habuiſti anteq̄ venirē ad te: ꝛ nūc diues effect⁹ es: bñdixitq̄ tibi dñs ad introitū meum. Secūdo cū accipis ſanguinem mūdaberis a peccatis. Unde Hebreoꝝ. x. Sanguis xp̄i emūdabit conſciam noſtrā ab operibus mortuis ad ſeruiendū deo viuenti. Quia ſi ſanguis hircoꝝ ꝛ vitulorū in veteri lege iudeos mūdauit. q̄nto mag ſanguis xp̄i q effuſus eſt ꝓ peccatis noſtris emūdabit animas noſtras quāto eſt maior tāto p̄cioſior ꝛ charior. ¶ Queritur vtrū p hoc ſacramentū deleant venialia Rñdeo ſm Tho. in. iiij. di. xij. ſic. Nō tñ oportet. q̄ oīa venialia deleant. ſꝫ ſm mēſuram deuotōis. poſſet tamē tantus eſſe feruor q̄ omia venialia deleret. Itē querit. vtrū p hoc ſacramentū deleant mortalia. Reſpondeo ſm Tho. vbi ſupra. Nō delet mortalia niſi oblita. Vñ q̄ dr ablutio ſcelerum dupl'r pōt intelligi. Vel q̄ dicit ſic crimīa abluere in q̄ntuꝫ ea impedit. Uel de his que nō ſunt in hoīs ꝯſcientia vel mēoria. Q; p hoc ſacramētum. ſ. ſumendo ſanguinem xp̄i peccata deleant oſtendit Chris. dicēs. Honorabilis ſanguis xp̄i ſi cum bona volūtate ſumitur egritudinē extinguere poterit. Ambro. Debeo illud ſemp accipe vt mihi ſemp peccata dimittantur. Unde etiam Berñ. Eucharistie ſacramentū potens eſt peccata ꝯſumere. de/

bellare obuias poteſtates. ⁊ īferre celis
animas reuertētes de terra. Nota ꝙ vi
num quod datur cōicantibꝫ nō eſt vinū
ↄſecratum ſed eſt vinuꝫ purū. qꝛ ſecula/
res ſolūmodo ſub ſpē panis recipiūt ve
rum ⁊ totuꝫ xp̄m ſm̄ corpus ⁊ aīam ⁊
deitatem. Sꝫ ſacerdotes in miſſis reci/
piunt ſub ſpecie panis ⁊ ſub ſpecie vini
Q̄ūo aūt xp̄s ſit integraliter ſub ſpecie
vini in calice. ⁊ qualiter calix adorādus
ſit de hoc quere. i. S. ¶ Tertio qñ ac/
cipis aīam xp̄i tūc accipis pignus eter/
ne vite: ſi ſic in tali ſtatu decedis. Vnd̄
canif de hoc ſacramēto Et future glorie
nobis pignus datur: qꝛ hoc ſacramētū
dat vitam grē in pñti. Johis. vi. Qui
manducat me ipe viuet ꝑpter me. Et
in futuro dat vitam glorie. Vn̄ Johis
ſexto. Qui manducat meā carnem ⁊ bi
bit meū ſanguinem habꝫ vitam eternā
¶ Quarto ibi accipis ſpm̄ chriſti id eſt
vitam xp̄i. Et accipiendo ſic vitam cuꝫ
corpe mutaberis in deum ſicut cibus ⁊
potus mutaf in te. Vn̄ vox diuina ad
Auguſtinū dixit Nō tu me mutabis in
te. ꝫ tu mutaberis in me. Sic xp̄s dicit
cuilibet digne ↄmunicāti. nō tu me mu
tabis in te ⁊c̄. Quia q̇cquid deus eſt ex
natura hoc homo fit per grām q̇ digne
ↄmunicat. Cum aūt deus habeat po/
tentiam infinitam: ⁊ ſapientiā eternam
et immēſam bonitatem. Ex eius potē/
tia homini in hoc ſacramēto cōmunica
ta erit homo potētioꝛ tam ad operādū
q̄ꝫ ad impetrandū. Ex eius ſapiētia effi
citur homo ſapiētioꝛ ad dilectōem boni
et refutatōnem mali. Ex eius bonitate
homo fit magis pius ⁊ charitatiuus et
pacificus. ¶ Quinto recipiendo eiꝰ bo
nitatem anima hoīs implebitur gratia
et dulcedine. qꝛ nihil poteſt aīam hoīs
ſatiare niſi ſolus deus. Vn̄ Bern̄. Ad
himaginem quippe dei facta eſt aīa rō/
nalis. ceterꝭ oībꝫ occupari p̄t. īpleri non
p̄t. Capax em̄ dei ē. ⁊ q̇cq̇d deo minus
ē nō eā iplebit. Vn̄ p̄s. Satiaboꝛ cum
apparuerit gl'a tua. Vn̄ exēplū legif in
libro de donis: ꝙ quidam ſanctus ep̄s
in feſto paſce dominum rogauit vt ſibi
reuelaret merita tunc ↄmunicātiuꝫ. Et
dominus oſtendit ei ꝙ vidit aliquos q̄̄/
ſi picem nigros. alios vero vt ferrū igni
tos. alios vero ſanguinolētos: ceteros
vero ad inſtar ſolis fulgidos. Reſpon/
dit ei angelus dn̄i. Nigri ſunt luxurioſi
et ſupbi. igniti auari. ſanguinolēti iracū
di ⁊ blaſphemi. qui om̄es indigni acceſ/
ſerunt. q̄ꝫuis ſint ↄtriti ⁊ ↄfeſſi tamē nō
habent firmū ꝓpoſitū in futurū abſtinē
di. Ceteri vero qui ſunt lucidi ſunt iſti q̄
accеſſerunt digne cum ꝓpoſito firmo ab
ſtinendi ⁊ emēdandi vitam ſuam

## Sequitur de ſacramento extreme vnctionis.

A

Quintū ſacramentū eſt extre/
ma vnctio. Materia āt huiꝰ
ſacramenti eſt oleum oliue ab
ep̄o ↄſecratū. ⁊ tale oleū ⁊ hu
ius ↄſecratio ſunt de necitate huiꝰ ſacra
mēti. Forma aūt huius ſacramenti ſm̄
Tho. eſt oīo dep̄catiua dicēdo. p iſtam
vnctōem ⁊ ſuā piiſſimā miſcōiam īdulge
at tibi dn̄s q̇cq̇d deliq̇ſti p viſuꝫ Queri
tur. q̇bꝫ ↄferēda eſt extrema vnctio. Rn̄
deo ſm̄ Petꝝ de tharē. nō niſi adultꝭ in
firmis in piculo mortꝭ ↄſtitutꝭ ex ipa in
firmitate. Vn̄ nec daf eūtibꝫ ad belluꝫ.
nec nauigātibꝫ aut his q̇ mox occidēdi
ſtꝭ. qꝛ tal' mors nō īminet ex defectu na
tue. ꝫ ex euētu fortune Puerꝭ āt nō daf
qꝛ nō hn̄t īfirmitateꝫ ſpūalem ↄtractā a
pctō mortali actuali: nec diſpōem deuo
tōis hr̄e pn̄t ad h̄ ſacramētū. nec etꝭ da
tur naturalr ſtultꝭ. Querif vtꝝ extrēa
vnctio debeat dari freneticꝭ ⁊ amētibꝫ.
Rn̄deo ſm̄ Petꝝ de tha. ſi in ſana mē/
te ↄſtituti nō petierint nō dꝫ dari. ſi ve/
ro petierint dari debet. Tn̄ ad hoc ad/
uertendū eſt ſm̄ Tho. ꝙ illis furioſis ⁊
amētibꝫ p̄cipue dari nō dꝫ q̇ poſſent il/

li ſacramēto facere irreuerētiā p aliquaʒ immūdiciaʒ: niſi ⁊ ipi haberēt lucida interualla in qbus ſacramēta recognoſcerent. Itē querit᷑. vtrū extrema vnctio poſſit iterari. Rñdeo ſm Tho. in. iiij. diſt. xxiij. Iterari pōt ſine aliqua iniuria ſacramēti. qꝛ nō habet effectum ꝑpetuū eo ꝙ ſanitas corꝑis ⁊ mētis que ſunt effectus eius amitti pñt. In eadē quoqꝫ egritudine iterari pt: ſi ꝑmo qdem ſit in periculo mortis ⁊ euadat. ⁊ poſt recidiuū patiat᷑. qꝛ erit qſi alia infirmitas Et ſilr ſi ſit egritudo diuturna: vt hydropiſis. qꝛ tunc debꝫ fieri quādo videt᷑ ꝓducere ad periculū mortis. ⁊ ſi illud piculū mortis euadat eadē infirmitate durāte et poſtea ad ſilem ſtatum reducat᷑: iterū poteſt inūgi. qꝛ iā eſt alius infirmitatis ſtatus. q̄uis ſit eadem īfirmitas: Et notandū ꝙ magiſter in ꝯpendio theologice veritatis dt. qñ ſepe qs ad morteʒ īfirmatur: ſepe pt inūgi. ꝟ in vna īfirmitate nō debet aliqs bis inūgi: niſi eadeʒ īfirmitas vltra annū ꝓtrahat᷑: ita ꝙ in vno āno ꝓpter vnā infirmitatē nequaq̄ʒ bis inūgatur. Sed Bonauētura ſuꝑ q̄rto redarguit hoc dicēs. Abſurdū ē ꝙ ſacramēta regulent᷑ ſm motū aſtroꝝ

¶ Effectus extreme vnctōis B

Queritur quis ſit effectus extreme vnctōis. Reſpōdeo ꝙ eſt qdruplex. quoꝝ duos ponit beatus Tho. ſup. iiij. di. xxiij. ⁊ alios duos magiſter in ꝯpendio theologice veritatis. Primus effectus ⁊ ꝑncipalis ſm beatū Tho. eſt ſanatio qdam ſpūalis q̄ dat᷑ ꝯtra quādam debilitatē vel ineptitudinem q in nobis relinquit᷑ ex pcc̄o actuali vel originali. ꝯtra quā debilitateʒ hō roborat᷑ ꝑ hoc ſacramētū. qꝛ hoc robur grām facit q̄ nō patit᷑ ſecū pcīn. Ideo ex ꝯſeqnti ſi inuenit peccatū aliqḋ veniale vel mortale qad culpā tollit ipm dūmō non apponat᷑ obex ex pte recipiētis ¶ Scdarius aūt effect⁹ eſt ſanitas corꝑalis. hāc tñ nō inducit niſi ſm ꝙ expedit ad finem ꝑncipaleʒ. ſ. ſpūalem ſanationē. ⁊ tūc ſꝑ eam inducit. dūmō nō ſit impedimentū ex pte recipiētis. ⁊ licꝫ in ipo multe fiāt inūctiones: vltima tamē eſt formalis reſpectu oīm ꝑcedētium. ⁊ agit in virtute earum Et ideo in vltima vnctione grā infundit᷑ que effectū ſacramēti prebet. Hec btūs Tho. ¶ Tertius effect⁹ ſm magiſtrū in ꝯpendio theologice veritatꝫ eſt. ꝙ valꝫ hoc ſacramētum ad deuotōem excitādam ¶ Quartus effectus eſt. ꝙ valet ad velociorē trāſitum ad celum

## De ſacramento

ordinis. ⁊ de dignitate ſacerdotū A

Vos eſtis genus electū. regale ſacerdotiū. gēs ſancta. ꝑpl's acqſitōis. i. Pe. ij. In iſtꝫ verbis oſtēdit nobis btūs petr⁹ ꝑrogatiuā ⁊ dignitateʒ ordinis ſacerdotalis. Et licꝫ oēs hoīes ſint genus dei ſoli tamē ſacerdotes ſtꝫ genus electuʒ a deo. Vñ ſciendū. ꝙ ſicut ſunt nouē chori āgeloꝝ in celo. ſic ſtꝫ nouē dignitates ſacerdotū Prima eſt. ꝙ ſacerdotes ſunt ſuꝑ omnes reges ⁊ ꝑncipes terre. Hiere. i. Ego ꝯſtituā te ſuꝑ oēs gentes ⁊ regna vt euellas. ſ. malos mores ⁊ vicia. ⁊ diſſipes hereſes. ⁊ edifices bona opa. ⁊ plātes ꝟtutes in aīabus. Itē pꝫ. qꝛ dignitas ſacerdotalis habꝫ reges facere et ꝯſecrare. ſed oēs reges nō pñt ſacerdotē facere. In ſignū ꝙ maiores ſint: tūc non eſt iam ꝑnceps adeo potēs qn tenet᷑ ceruicem ſuā in ꝯfeſſione humiliare coram ſacerdote loco dei. qꝛ eſt vicarius eius. Vñ breuit᷑ de⁹ exaltauit ſacerdotes ſuper oēs hoīes. Vñ qdam doctor. Sacerdos ē altior regib⁹. felicior angel'. creator creatoris ¶ Scdo honorauit eos in tpalib⁹. qꝛ illa q̄ de⁹ ſibi reſeruauit. ſ. decimas. oblatōes. teſtamēta. ⁊ ꝑmitias. ⁊ alia patrimonia crucifixi: gratis illis ꝯtulit ꝓ ſuſtētatōe corꝑis. vt illi ſine

labore cū alios hoīes laborare oportet
ꝑ ſuſtentatōe corporis quieti⁹ ꝺo ſerui/
ant in ſpūalibꝫ. ¶ Tertio hōrauit eos
in emunitatē ꝯferendo. ꝙ null⁹ tren⁹ ṗn
ceps ſup eos iuriſdictionē habeat. nec
rex nec ṗnceps. nec aliq̇s hoīm ſeculari
um audeat manus ſuas violent in eos
mittere. etiā in minimū. i. ī acolitū. Op/
poſitū faciēs ex facto eſt excōicatus ma
iori excōicatione tam in celo q̃ȝ in terra
Sic etꝫ ꝓtegit eos: ꝙ nullus audeat e/
os ꝑturbare verbis vel factis. Q2 dn̄s
opprobriū ill'illatū q̃ſi ſibi reputat fctm̄
Vn̄ dn̄s dicit ꝑ ꝓpham Zacha. ij Qui
tetigerit vos tāgit pupillā oculi mei. ps̄
Nolite tangere xp̄os meos. ꝛ ī ꝓphetis
meis nolite malignari. Quare etiāȝ nec
verbis ſunt moleſtandi: ꝫ honorādi: vt
dicit dn̄s ad moyſen ꝛ aaron. Bn̄dicāȝ
bn̄dicētibus vos. Vn̄ Hen. de firma.
ſup q̄rto ṗcepto dicit. Ve illis q̇ ſacdo/
tibꝫ ꝛ religioſis detrahūt ꝛ diffamāt rur/
ſus crucifigētes filiū dei ī ſemetipſ. vt
ait apl's. Detrahētes ei ſacerdotibꝫ xp̄ȝ
coronāt. inferētes eis iniurias xp̄m cru
cifigūt. Cōuiciātes eos: xp̄m ꝯſpuunt.
Exprobrantes eos ꝛ hn̄tes eos exoſos
chriſtū lancea tranſfigūt Vn̄ etiā ab ec
cleſia ſacerdotes ſunt ṗuilegiati intātū
vt quicūq ꝯ̄ libertatē cleri ſtatuta faci/
unt vl' talia ſuant. excōmunicatōeȝ īcur
runt. Itē null⁹ principū ſeculariū audet
exactōes facere in cleꝝ. Itē nec aliq̇s de
bet pedagiū recipere a clericis. alias in/
currunt ſnīam excōmunicatōis nec a ṗ/
dicta excommunicatōe abſolui pn̄t: niſi
plene reſtituerint ¶ Quarto honorauit
eos in hoc ꝙ cōmiſit eis aīas fideliūȝ. i.
eccl'iam ſctām. Vn̄ ꝺ Chryſo. Celo et
angel' ꝛ oīm creatura honorabilior ē ec/
cleſia. Xp̄s ampli⁹ eccl'iam diligit q̃ȝ ſe/
ipm. Vn̄ venit de celo in t'rā. ꝛ 33. ānis
ꝑ ea fuiuit. ꝛ tandē amarā mortē ꝑ ea
ſuſtinuit. Et iā dat ei corpus ſuū ī cibū
ꝛ ſanguinē ſuū in potū. Et poſt hāc vi/
tā dat ei ſeipm in celo in ṗmiū. Inſuper

hāc dilectā eccl'iam cōmiſit ſacerdotibꝫ
cū oībꝫ donis. i. ſacramētis. Sol⁹ enim
ordo ſacerdotal' ex officio hꝫ baptizare:
q̃ȝuis in neceſſitate cuilibet liceat. Iteȝ
ſolus hꝫ ꝯferre ſacrm̄ ꝯfirmatōis. Iteȝ
ſolus hꝫ ꝯfeſſiones audire: ꝛ a pc̄cis ab
ſoluere. ꝛ pn̄ias iniūgere. vn̄ Iohis. 20:
Accipite ſpm̄ ſctm̄ ꝛ quoꝝ remiſeritꝭ pec/
cata remittunt eis. Itē ſol⁹ hꝫ porrigere
ſacrm̄ extreme vnctōis: ꝛ ſic de alijs In
hac dignitate incomꝑhēſibili eos hono
rauit ſingularit' ṗ oībꝫ hoībꝫ Vn̄ Mat.
5. Vos eſtis lux mundi. Sic mund⁹
nihil eſt ſine luce. ſic eccl'ia nihil ſine ſac/
dotibꝫ: ¶ Quinto hōrauit eos ī hoc ꝙ
vult vt diſtricte obediat' eis loco ſui ab
oībꝫ hoībꝫ cuiuſcunq ſtat⁹ ꝛ ꝯditōis fu
erint. Luc. x. Qui vos audit me audit.
ꝛ q̇ vos ſpnit me ſpnit. Aug⁹. Quicq̇d
nō lꝫ: paſtoris eſt ꝓhibere ne fiat. gregꝭ
audire ne faciat. Ergo obediendū ē eis
tā q̃ȝ xp̄o qn̄ ṗcipiunt hoībꝫ ieiunare. fe
ſtiuare: ꝛ ſic de alijs. Iꝺo cōminat' dn̄s
inobedietibꝫ ꝛ rebellibꝫ Deut. 17. Qui
ſupbierit: nolēs obedire ſacerdotis im/
perio morte moriat'. Exemplū ꝺ dathā
abyron. ꝛ chore. q̇ rebelles fuerūt moy
ſi ꝛ aaron. Et t'ra ſe aperuit: ꝛ viuos e/
os abſorbuit. ¶ Sexto honorauit eos
dādo eis poteſtatē ligādi ꝛ ſoluēdi. ma/
thei. 18. Quodcunq ligaueris ſuper t'/
rā: erit ligatū ꝛ in celis. ꝛ quodcunq ſol
ueris ſup t'rā. ꝛc̄. Hec ptās ligādi atq
ſoluēdi vno mō intelligit' de excōicatiōe
q̇ eſt gladi⁹ ſpūal'. ꝛ eſt multū timenda
ꝓpt' q̇nq. hoc quere. 4 R. Alio modo
hec ptās intelligit' de abſolutōe pc̄coꝝ.
Vn̄ ep̄s qn̄ ordiāt ſacerdotes exufflat
in eos dicēs illud. Iohis. 20. Accipite
ſpm̄ ſctm̄. quoꝝ remi. pec. ꝛc̄. B
¶ Septimo honorauit eos ī hoc: ꝙ no
minant' in ſcp̄turis ſanctis angeli. Vn̄
Greg⁹. Oēs qui ſacerdotij noīe cēſent'
angeli nominant'. Quare aūt angeli no
minant'? Rn̄deo: q2 hn̄t ſimilitudinem
cū angelis. Primo. q2 officium angeli ē

miniſtrare ðoꝛ hoiƀ. Quia ſꝫm Aplm
Omēs ſunt adminiſtratoꝛij ſpiritꝰ Sic
⁊ ſacerdotes habent miniſtrare ðo die
noctuqꝫ ⁊ hominiƀ cum ſacramentis.
Secūdo qꝛ angelꝰ eſt vita purus ſic et
quilibet ſacerdos tenet eſſe caſtus: q̄ eſt
vita angelica. Amƀ. Qui nō nubūt ne
qꝫ vxoꝛes ducūt ſicut angeli in t̄ris ſunt
Damaſcenꝰ. li. 4. A nuptijs abſtinētia
eſt angeloꝝ imitatio. Tertio angeli ha/
bēt infoꝛmare ⁊ ammonere oēs ꝑ bonā
inſpirationē. ſic ⁊ ſacerdotes ꝑ v̄buꝫ dei
Quarto angeli habēt deū laudare. pſ̄.
Laudate deū oēs angl'i. Sic ⁊ ſacerdo
tes q̊tidie ſub pcc̄o moꝛtali tenent ꝑſol
uere ſeptē hoꝛas canonicas ī laudē dei.
L ¶ Octauo honoꝛauit eos ī h̄ ꝙ
ſacerdos aliq̊ mō eſt ſil'is marie virgini.
Primo: qꝛ ſic btā maria ꝑ q̇nqꝫ v̄ba cō/
cepit ihm xp̄m. Lu. i. Fiat mihi ſꝫm ver/
bū tuū. ſic ſacerdos ꝯficit ꝑ q̇nqꝫ v̄ba ve
rū coꝛpꝰ xp̄i. Et ſic īmediate poſt ꝯſenſū
marie fuit totus chriſtꝰ in vtero eiꝰ. ſic ī/
mediate poſt ꝓlationē verboꝝ ꝯſecrati
onis tranſſubſtantiat panis in veꝝ coꝛ/
pus xp̄i. Scd̄o ſic btā virgo poſt ꝑtuꝫ
chriſtū poꝛtauit in maniƀ ſuis: ⁊ in p̄ſe/
pe collocauit. et eū ecōuerſo leuauit Sic
ſacerdos poſt cōſecrationē leuat xp̄m. ⁊
locat eū ecōuerſo. ⁊ poꝛtat. ⁊ tractat cuꝫ
maniƀ ſuis. Tertio ſicut btā virgo fu/
